Põt etiã dici Chrũs ſecundũ hoĩem ideo natus de ſpũ ſc̃tõ, q̃a eũ fecit, inquantũ em̃ hõ eſt & ipſe factus eſt: vt ait Apl'us. Cõceptus ergo & natus de ſpũ .s. eſſe dicit̃, nõ ꝙ ſpũs .s. fuerit virgini pro ſemine: nõ em̃ de ſubſtãtia ſpũs .s. ſemẽ partus accepit, ſed per gr̃am dei & opationẽ ſpũs.s. de carne virginis eſt aſſumptum, qd' verbo eſt vnitũ. Et in evangelio ſecundũ hanc intelligentiã legit̃ de Maria qd' inuẽta eſt in vtero hñs de ſpũ.s. Cuius dicti rõnẽ Amb. inſinuãs in .3. lib. de ſpũ .s. ait: Qd' ex aliq̃ eſt, aut ex ſubſtãtia, aut ex ptãte eius eſt. Ex ſubſtãtia ſicut filius, q̃ a patre vel ex patre & ſpũ .s. q̃ a patre & filio ꝓcedit. Ex ptãte aũt ſicut ex deo oĩa. Quõ ergo in vtero habuit Maria ex ſpũ .s. Si quaſi ex ſubſtãtia, ergo ſpiritus .s. in carnẽ & oſſa cõuerſus eſt: non vtiq;. Si vero quaſi ex opatione & ptãte eius virgo cõcepit: quis neget ſpiritũ ſanctũ dominice incarnatiõis auctorem.

Quare apoſ. dicat Chrm̃ factum cum nos eum fateamur eſſe natum.

Sed quæri põt cũ nos ſaluatorẽ natũ ꝓfiteamur, cur Apl'us eũ factũ dicat ex ſemine Dauid, & alio loco, factum ex muliere cum aliud ſit fieri aliud naſci. Aliquid ergo ſignificauit hoc dicto. Quia em̃ nõ ab humano ſemine cõgregata eſt caro dñi in vtero virginis & corpus effecta, ſed affectu & virtute ſpũs .s. ideo Apl'us dicit, factũ nõ natũ. Aliud eſt em̃ ſemine admixto & ſanguinis coagulo gñare. Aliud eſt nõ ꝑmixtione, ſed virtute ꝓcreare: pñt em̃ homines gñare filios ſed nõ facere. Ecce quare dicit Apl'us factũ & nõ natũ, ne eius .ſ. natiuitas quæ fuit ſine virili ſemine, noſtre ſimilis putaretur, quæ cõficit ſeminũ cõmixtione. Ideo aũt cũ factum diceret, Apl'us addidit ex ſemine Dauid: & q̃a ſi nõ interceſſit ſemen hoĩs in cõceptione virginis, tñ q̃a ex ea carne Chrũs formatus eſt, quæ cõſtat ex ſemine: recte dicit̃ q̃a factus eſt.

## Si perſona vel natura perſonam vel naturam aſſumpſit, & ſi natura dei incarnata ſit.

PReterea inquiri oportet, cũ ex p̃miſſis cõſtet verbũ dei carnẽ & animã ſimul aſſumpſiſſe in vnitate ꝑſonę ꝗd horũ potius concedendũ ſit .ſ. qđ ꝑſona ꝑſonam, vel natura naturã, vel ꝑſona naturã, vel natura ꝑſonã aſſumpſerit. Et an ita cõueniat dici diuinã naturã eſſe incarnatã: ſicut deus incarnatus & verbũ incarnatũ ſane dicit̃. Hæc inquiſitio ſiue quærẽdi rõ, iuxta ſacrarũ auctoritatũ teſtimonia ꝑtim ĩplicita atq; perplexa: partim vero explicita ẽ & apta. Certũ eſt eñ & ſine ambiguitate verũ, ꝙ nõ natura ꝑſonam, nec ꝑſona ꝑſonã, ſed ꝑſona naturã aſſumpſit: ꝙ ſc̃tõrũ ſubditis cõprobat̃ teſtimonijs, & aſtruit̃ documẽtis. Ait eñ Aug. in li. de fide ad Pe. Deus vnigenitus dũ cõcipet̃ veritatẽ carnis accepit ex ꝟgine, & cũ naſceret̃ ĩtegritatẽ virginitatis ſeruauit in matre: & paulo poſt. Sic deus humanã naturã ĩ vnitatẽ ꝑſonę ſuſcepit, ꝙ ſe humiliãs ꝑ miſericordiã ĩcorruptæ virginis vterũ ex ea naſciturus impleuit. Formã ergo ſerui .i. naturã ſerui in ſuã accepit ille deus ꝑſonã. Item deus verbũ nõ accepit ꝑſonã hoĩs ſed naturã. Itẽ dei filius vnigenitus vt carnẽ hoĩs animãq; mundaret ſuſceptione carnis aĩeq; rõnalis incarnatus eſt. His alijſq; pluribus auctatibus euidenter oñdit, nõ natura ꝑſonã, nec ꝑſonã ꝑſonã, ſed ꝑſonã naturã accepiſſe. De quarto vero q̃onis articulo: vtrũ .ſ. natura naturã aſſumpſerit: ſcrupuloſa etiã inter doctos q̃o eſt. Quia & in hoc plurimũ diſſentire vident̃: qui aucte p̃clari alijs doctiores in ſacra pagina extiterũt: nec tñ alij ab alijs, verũetiã idẽ a ſeipſis diſſonare vident̃, ſicut ſubiecta capitula docẽt. Legitur eñ in cõcilio Toletano .8. traditũ ſic. Solũ verbũ caro factũ eſt, & habitauit in nobis: & cũ tota trinitas opa ta ſit formationẽ ſuſcepti hoĩs, q̃m inſeꝑabilia ſunt opa trinitatis, ſo-

De mõ vniẽdi diuinaꝫ & humanã naturã in xp̃o: ſm fidei aſſertionẽ oñdens ꝙ illa vnio eſt in ꝑſona.

Nõ illa q̃o apta eſt.

Phil. 2.

De ꝑte q̃onis ꝑplexa.

De tolleta-no ɔcilio h° ponit ea q̊-bus innui vi-det naturaꝫ nō accepiſſe naturā.

lus tm̄ filius accepit hoīem in ſingularitatē perſonæ, non in vnitatē diuinæ naturæ .i. qđ eſt ꝓpriū filij, non qđ cōe eſt trinitati. Idē in cōcilio .2. Toletano. Vnius ſubſtantiæ credimus deū prēm & filiū & ſpm̄ .s. non tm̄ dicimus, vt huius trinitatis vnitatē Maria virgo genuerit, ſed tm̄ filiū, qui ſolus naturā noſtrā in vnitatē ſuæ pſonæ aſſumpſit. Incarnationem quoq; huius filij dei tota trinitas opata eſſe credenda eſt. Solus tm̄ filius formā ſerui accepit in ſingularitatē pſonæ. His inſinuari videt̄, ꝙ pſona tm̄ naturā, nō natura naturā aſſumpſerit. Si em̄ qđ cōe eſt trinitati non accepit hominē, Ergo nō natura diuina, q̄ cōis eſt tribus pſonis. Cui videt̄ obuiare qđ Aug. ait in lib. de fide ad Petrū. Nec diuinitas inquit Chriſti aliena eſt a natura patris: ſecundū illud. In principio erat verbū: nec humanitas eius aliena eſt a natura matris: ſecundū id qđ verbū caro factū eſt. Illa em̄ natura q̄ ſp genita manet ex patre naturā noſtrā ſine pctō ſuſcepit, vt naſceret̄ ex virgine. Hac acte videt̄ tradi ꝙ diuina natura humanā ſuſcepit. Vbi vehement̄ moueri poſſumus ꝙ eā genitā æternalit̄ ex patre dicit, niſi forte natura ꝓ pſona hic accipiat̄: alioquin ſi dixerimus naturā tribus pſonis cōem genitā eſſe, occurrūt nobis ex aduerſo, quæ in tractatu de trinitate diſſeruimus, vbi diximus nō naturā naturā, ſed perſonā perſonā genuiſſe. Quia ſi natura genuiſſet naturā, cū vna eadēq; ſit natura trinitatis, eadem res ſeipſam genuiſſet. Qđ Augu. fieri poſſe negat, Sed alibi certū repimus documentū, quo naturā naturā aſſumpſiſſe mōſtrat̄. Ait em̄ Aug. in primo lib. de trini. Etiā ſeipſo Chrūs factus eſt minor formā ſerui accipiens. Neq; em̄ ſic accepit formā ſerui, vt amitteret formā dei: in q̄ erat æqualis patri, vt & in forma ſerui & in forma dei idē ipſe ſit vnigetus filius patris, q̄a forma dei accepit formā ſerui. Si aūt forma dei, formā ſerui accepit, ſine dubio natura naturā accepit. Formæ em̄ noīe natu-

Hic ponit ea q̊bus ꝓ-bat nō acce-piſſe naturā

Cap. II.

re ſignificať, vt Aug. euidenť docet in lib de fide ad Petrū. Cum inquit de Chrō, audis qa in forma dei erat: optet te agnoſcere firmiſſimeq; tenere in illo formę nomine naturalē plenitudinē debere intelligi. In forma dei ergo erat, qa in narura dei patris ſp erat de qua natus erat, Hilarius quoq; in .12. lib. de trinitate ita ait: Eſſe in forma dei non alia intelligētia eſt, q̄ in dei manere natura. Didiciſti nomine formæ intelligentiā fieri naturæ, at audiſti q̄ forma dei formā ſerui ſuſcepit. Vñ cōſeqñs eſt q̄ natura diuina, naturam humanā ſuſcepit. Qđ etiā Hiero. in explanatione fidei euidenter inſinuat inquiēs. Paſſus eſt filius dei nō putatiue ſed vere: ſecundū illud paſſus eſt qđ pati poterat. i. nō ſecundū illā ſubſtantiā quę aſſumpſit, ſed ſecundū illā q̄ aſſumpta eſt. Ex quo apparet diuinā ſubſtantiā aſſumpſiſſe humanā. Ex verbis aūt Aug. ſupius poſitis adhibita diligentia īnui videť ſolū verbū carnē factū & naturā ſolū ſuſcepiſſe humanā & diuinā naturā eandem acccepiſſe. Ait em: Trinitas nos ſibi reconciliauit, p hoc q̄ ſolū verbū carnē ipſa trini. fecit. In quo ſic veritas īcōmutabilis manet diuinę humanæq; naturæ: vt ſicut vera ſp eſt eius diuinitas quā de patre habet: ita vere ſp & īcōmutabilis eius ſit humanitas, quā ſibi vnitā ſumma diuinitas gerit. Ecce & ſolū verbū dixit carnē factū, & humanitatē diuinitati vnitā. Idē quoq; ſupius dixit, ſeruilē formam a ſolo filio ſuſceptā quam tota trinitas fecit. Iam facile eſt agnoſcere q̄ diuerſa & multiplicia ſuper queſtiōe ꝑpoſita auctores tradiderunt. Ideoq; poſteriores ea legentes varias atq; contrarias ex prædictis occaſionem ſumentes promunt ſententias.

*Quid forme nomine itelligať* · *Aug. de fide ad petrū c.ſ. in fine.*

Nos aūt omnis mēdacij & cōtradiſtionis notā a ſacris paginis ſecludere cupiētes, orthodoxis patribus atq; catholicis doctoribus nulla praue intelligentiæ ſuſpitione notatis cōſentimus dicētes: & perſonā filij aſſumpſiſſe naturā humanā & naturā diuinā humanę

*Quid de h tenendū ſit.*

Determinatio Auctatis naturę in filio vnitã:eãq́; ſibi vniſſe vel aſſumpſiſſe. Vñ & vere incarnata dicit̃. Q᷑ vero dicit̃ ſolus filius formã ſerui accepiſſe: per hoc non excludit̃ diuina natura ab exceptione ſeruilis formæ, ſed aliæ duæ pſonæ pater.ſ. & ſpũs.s. Itẽ & illud aliud .ſ. id quod eſt ꝓpriũ filij, non qđ cõe eſt trinitati, hoiem accepit: ſic optet intelligi.i. ꝓprie in hypoſtaſi filij non in tribus cõiter pſonis: diuina natura humanã naturã ſibi vniuit. Qui ſenſus ex verbis Ioan. Dam. cõfirmat̃, qui totã diuinã naturã in vnã hypoſtaſim incarnatã eſſe euidenter aſſerit dicens. In humanatione dei verbi aimus oẽm & pfectã naturã deitatis in vnã eius hypoſtaſeõ incarnatã eſſe.i. vnitã humanæ naturæ, & nõ ptem pti. Omni eñ humanæ naturæ aimus eſſe vnitã oẽm deitatis naturã vel ſubſtantiã. Itẽ eadẽ eſt natura in ſingulari hypoſtaſeon.i. pſonarũ: & qñ dicimus naturã verbi incarnatã eſſe ſcđm beatos.ſ. ſcđm Athanaſiũ & Cyrillũ: deitatẽ dicimus eſſe vnitam carni, & vnã naturã dei verbi incarnatã cõfitemur. Verbũ aũt & qđ cõe eſt ſubſtantiæ poſſidet: & quod ꝓprietatis eſt hñs hypoſtaſeos .i. pſonæ. Ex his manifeſte oñdit̃ ꝙ natura diuina incarnata eſt. Vnde & eadem vere dicitur ſuſcepiſſe humanam naturam.

An diuina natura debeat dici caro facta. Sed querit̃; vtrũ eadẽ diuina natura habeat dici caro facta, ſicut verbũ dicit̃ caro factũ. Si eñ idẽ eſt incarnari, qđ eſt carnẽ fieri: videri põt ita debere dici ꝙ ſit caro facta ſicut dicit̃ incarnata. Ad quod dicimus ꝗa ſi illud dictũ in ſacra ſcriptura repiet̃, ex eadẽ intelligentia accipetur qua cũ dicitur incarnata. Sed ꝗa illud auctas ſubticuit, atq́; locutionis modus nimiã videret̃ facere expreſſionẽ ſi natura diuina diceret̃ caro facta: melius ſilere hoc puto vel negare ꝗ̃ temere aſſerere, ne ſi illud dicat̃, cõuertibilitas naturæ in naturã ſignificari putet̃. Ex pmiſſis indubilitabilit̃ cõſtat ꝙ pſona verbi ſiue natura, hoĩs naturã .ſ. carnẽ & animã aſſumpſit, ſed nõ

Rñſio.

perſonam hominis. Si aũt natura diuina naturã hominis accepit: quare non dicit̃ facta homo, vel eſſe hõ ſicut verbũ dei, Ad quod dici põt, ꝙ dei filius dicit̃ factus homo vel eſſe hõ, non ſolum quia hominem aſſumpſit, ſed qa ipſum in vnitatẽ & ſingularitatẽ ſui, & pſonę accepit, Natura aũt diuina hominẽ quidẽ accepit.i. hominis forma ſibi vniuit, ſed non in ſingularitatẽ & vnitatẽ ſui: Seruata eñ ꝓprietate ac diuerſitate duarũ naturarũ perſonæ ſingularitas extitit. Ideoq; non ſic dicit̃ diuina natura eſſe hõ vel fctã hõ: ſicut dei filius. Quidã tñ indifferent̃ vtrunq; concedunt. Reſſio

Ideo vero nõ perſonã hominis aſſumpſit, qa caro illa & anima illa non erant vnita in vnam perſonã quã aſſumpſerit, quia non ex illis conſtabat pſona, qñ illis vnitũ verbũ eſt. Nam ſibi inuicẽ ſunt vnita ſimul cum verbo. Altera tamẽ vnione inuicẽ vnita ſunt illa duo .ſ. anima & caro: alia vnione verbo vnita ſunt. Quia alia eſt vnio animæ illius ad carnẽ: & alia eſt vnio verbi ad animã illã & ad carnẽ. Non ergo accepit verbũ dei perſonã hominis, ſed naturã; qa non erat ex carne illa, & anima illa vna compoſita perſona quã verbũ accepit, ſed accipiendo vniuit, & vniendo accepit.

Quare non accepit pſonã hominis: cum hominẽ acceperit.

Hic a quibuſdã opponit̃, ꝙ perſona aſſumpſit perſonã. Perſona eñ eſt ſubſtantia rõnalis indiuiduæ naturæ, hoc autẽ eſt anima. Ergo ſi animã aſſumpſit & perſonã, ꝙ ideo nõ ſequit̃, qa anima non eſt perſona qñ alij rei vnita eſt perſonaliter, ſed qñ per ſe eſt, abſoluta eñ a corpore perſona eſt ſicuti angelus. Illa autem anima nunq; fuit quin eſſet alij rei cõiuncta. Ideoq; non ea aſſumpta pſona eſt aſſumpta. Aliter quoq; nitunt̃ ꝓbare verbũ dei aſſumpſiſſe perſonã, qa aſſumpſit aliquem hominẽ. Aſſumpſit eñ Ieſum Chriſtum, ergo aliquẽ hominẽ. Quod aũt hominẽ Ieſum Chrm̃ aſſumpſetit, Aug. in expoſitione ſimboli ſub athemate tradit dicẽs: Si quis dixerit atq; crediderit hominem Ieſum Chriſtũ a filio dei

Contra hoc opinio qua ꝓbare quidam volunt perſonã accepiſſe perſonam.

Alia ꝓbatio.

aſſumptū non fuiſſe anathema ſit,qui etiā in pluribus ſcripturæ lo-cis huius vtiť locutionibus. Ille homo a verbo dei eſt aſſumptus; Ille hõ factus eſt Chrūs.Et ꝓpheta de homine Chrõ loquens deo ait: Beatus quem elegiſti & aſſumpſiſti &c̄. Ex quibus conſequi videť: ꝙ aliquis hõ aſſumptus ſit a verbo, & ita perſona a perſona ſit aſſumpta. Sed quia hoc nephas eſt dicere aut ſentire: p̄miſſe lo-cutiones eiſqꝫ ſimiles ſecundū hanc intelligentiā ſane accipi debent. vt hõ Chrūs ſiue homo ille, ſiue quidā homo dicať aſſumptus a verbo ſiue vnitus verbo: non quia hominis perſona ſit aſſumpta, vel vnita verbo: ſed quia illa anima, & caro illa aſſumpta ſunt & vnita verbo,in quibus ſubſiſtit pſona dei & hominis, vt ad homi-nis naturā non ad perſonā reſpicias, cum aſſumptū vel vnitū, vel quendā vel aliquem in huius locutionibus ſcriptura cõmemorat. Quocirca cum queritur ſine ꝓpoſita auctate, an aliquis vel quidā ſit aſſumptus a verbo, vel vnitus verbo, ſine diſtinctione intellige-tiæ non eſt hic reddenda rn̄ſio, qm̄ multiplex p̄miſſa eſt quæſtio: ſed inſtantiæ quærentis ita determinato, ſi de hominis pſona que-ris: reſpondeo non: ſi de hominis natura, dico eſt.

Rñſio deter-minans p̄miſ-ſas locutiões.

## DISTINCTIO VI.

De intelligentia harū locutionum, deus factus eſt homo, deus eſt homo:an his locutionibus dicatur,deus factus eſſe aliqd, vel eſſe aliquid, vel non eſſe aliquid.

De mõ vni-endi diuinā & humanā na-turā: ſecun-dū varias do-ctorū opini-ones.

EX p̄miſſis aūt emergit qõ, plurimū cõtinens vtilita-tis, ſed nimiū difficultatis atqꝫ ꝑplexitatis. Cum eñ cõſtet ex p̄dictis & alijs pluribus teſtimonijs.Oēſqꝫ catholici vnanimiter fateanť deū factū eſſe hominē, & Chriſtū verū deum eſſe,& verū hominē: q̄ritur an his locutio-nibus deus factus eſt homo, filius dei factus eſt filius hominis:de-us eſt homo & homo eſt deus; dicatur deus factus eſſe aliquid,

vel eſſe aliquid vel aliquid dicatur eſſe deus, & an ita conueniat dici, homo factus eſt deus, & filius hominis factus eſt filius dei: ſicut ecõuerſo dicit̃: & ex his locutionibus non dicit̃ deus factus eſſe aliquid vel eſſe aliquid. Quæ ſit intelligentia harũ locutionũ & ſimiliũ. In huius ꝓfunditatis reſeratiõe, & ſcrupuloſę qõnis expoſitione plurimũ differre inueniuntur ſapientes.

Qđ in huius qõnis expoſitione dnt ſapientes.

Quorundã ſententiã refert.

Alij em̃ dicunt in ipſa verbi incarnatione hominẽ quendam ex anima rõnali & humana carne conſtitutũ. Ex quibus duobus oĩs verus homo conſtituit̃, & ille homo cœpit eſſe deus, nõ quidem natura dei, ſed pſona verbi & deus accepit eſſe hõ ille. Cõcedunt etiã hominẽ illum aſſumptũ a verbo & vnitũ verbo, & tamen eſſe verbũ, & ea rõne tradunt dictũ eſſe deũ factũ hominẽ vel eſſe hominẽ, quia deus factus eſt .i. cœpit eſſe quædã ſubſtantia ex anima rõnali & humana carne ſubſiſtens, & illa ſubſtantia facta eſt. ideſt cœpit eſſe deus non tamẽ demigratiõe naturæ in naturã: ſed vtriuſqꝫ naturæ ſeruata ꝓprietate factũ eſt, vt deus eſſet illa ſubſtãtia, & illa ſubſtantia eſſet deus. Vñ vere dicitur deus factus eſt hõ, & homo factus eſt deus, & deus eſt homo, & homo deus, & filius dei filius hominis, & ecõuerſo. Cũqꝫ dicunt illũ hominẽ ex aĩa rõnali & humana carne ſubſiſtere, non tamẽ fatentur ex duabus naturis eſſe compoſitũ, diuina .ſ. & humana, nec illius partes eſſe duas naturas, ſed animam tantum & carnem.

Auctoritates ponit: q̃bus muniũt ſuã ſñiam.

Et ne de ſuo ſenſu tantũ loqui putent̃: hanc ſententiã pluribus muniunt teſtimonijs: Ait em̃ Aug. in lib. de trinitate. Cum legit̃: Verbum caro factũ eſt. In verbo intelligo verũ dei filium, in carne agnoſco verũ hominis filium, & vtrũqꝫ ſimul vnam perſonã deum & hominẽ ineffabilis gratiæ largitate cõiunctũ, Idẽ in enchi. Chrũs Ieſus deus de deo eſt, hõ aũt natus eſt de ſpũ .s. ex maria virgine. Vtraqꝫ ſubſtantia diuina & humana, filius eſt vnicus

dei patris omnipotentis, de quo ꝓcedit ſpũs.s. vtrumq; vnus, ſed aliud ꝓpter verbũ,& aliud ꝓpter hominẽ: nõ duo filij,deus & hõ ſed vnus dei filius. Deus ſine initio,hõ a certo initio. Idẽ in odẽ. Quid natura humana in Chrõ hoĩe meruit, vt in vnitatẽ pſonæ vnici filij dei ſingulariter aſſumpta eſſet. Quæ bona voluntas,quę bona opa pręceſſerunt, quibus mereret̃ iſte homo vna fieri perſo-na cum deo. Nunquid antea fuit homo, & hoc ei ſingulare bene-ficiũ pſtitũ eſt, vt ſingularit̃ ꝓmereret̃ deũ. Nempe ex quo homo eſſe cœpit,non aliud cœpit eſſe hõ quã dei filius, & hic vnicus,& ꝓpterea dei verbũ, quia eſt ab illo ſuſcepta caro:facta eſt vtiq; de-us: vt queadmodum vna eſt perſona quilibet homo anima .ſ. rõ-nalis & caro: ita ſit Chrũs vna pſona verbũ & homo. Idem ſuper Ioannem. Agnoſcamus geminã ſubſtantiã Chriſti diuinã .ſ. qua æqualis eſt patri: & humanã qua minor eſt patre: vtrũq; autẽ ſi-mul non duo, ſed vnus eſt Chrũs, ne ſit quaternitas nõ trinitas de-us. Ac per hoc Chrũs eſt deus: anima rõnalis & caro. Idẽ quoq; in lib. de prædeſtinatione ſanctorũ. Ille homo vt a verbo patri co-æterno in vnitatẽ pſonæ aſſumptus filius dei vnigenitus eſſet, vn-de hoc meruit, quod bonũ eius pceſſit: vt ad hanc ineffabilẽ ex-cellentiam pueniret. Faciente ac ſuſcipiente deo verbo: ipſe hõ ex quo eſſe cœpit filius dei vnicus eſſe cœpit. Item homo quicunq; ita gratia ſit chriſtianus, ſicut gratia homo ille ab initio factus eſt Chrũs. Idem in lib. 13. de tri. Gratia dei nobis in homine Chrõ cõmendat̃. Quia nec ipſe vt tanta vnitate deo vero cõiunctus vna cum illo pſona filius dei fieret: vllis eſt pcedentibus meritis aſſecu-tus: ſed exquo hõ eſſe cœpit: ex illo eſt & deus. Vnde dictũ eſt: verbũ caro factũ eſt. Hilarius quoq; in 10. lib. de tri. ait: Chriſtũ non ambigimus eſſe deũ verbũ, neq; rurſus filiũ hominis ex ani-ma & corpore cõſtitiſſe ignoramus. His alijſq; auctatibus vtunt-

qui hominē quendam ex anima rōnali & carne compoſitū dicūt deū factum, ſed gratia non natura. Sola em̄ gratia habuit ille homo, non meritis vel natura: vt eſſet deus ſiue dei filius: vt haberet omnē ſcientiā & potentiam quā habet verbū cum quo eſt vna pſona. Nec tamē in ſupiorbus legit̃, q̄ homo ille ſit vna pſona cum verbo, & ſit ipſum verbū, ſed etiā q̄ anima rōnalis & caro eadem perſona ſit, & Chrūs ſit & deus.

Sunt aūt & alij qui iſtis in parte cōſentiunt, ſed dicūt hominem illum non ex anima rōnali & carne tm̄, ſed ex humana & diuina natura .i. ex tribus ſubſtantijs diuinitate, carne & anima cōſtare: & hunc Ieſum Chrm̄ fatentur & vnam pſonam tantū eſſe. ante incarnationē vero ſolūmodo ſimplicem, ſed in incarnatione factā cōpoſitā ex diuinitate & humanitate. Nec eſt ideo alia perſona q̄ prius: ſed cum prius eſſet dei tm̄ pſona: in incarnatione facta eſt ēt hominis perſona, non vt duæ eſſent pſonæ, ſed & vna & eadem eſſet perſona dei & hominis. Perſona ergo quæ prius erat ſimplex & in vna tm̄ natura exiſtens, in duabus & ex duabus ſubſiſtit naturis: & perſona quæ tantū deus erat, facta eſt etiā verus homo ſubſiſtens non tantū ex anima & carne, ſed etiā ex diuinitate, nec tamē perſona illa debet dici facta perſona, quamuis dicatur facta perſona hominis. Facta eſt igit̃ illa perſona (vt quibuſdā placet) q̄dam ſubſiſtens ex anima & carne, ſed non eſt facta pſona vel ſubſtantia vel natura, & inquantum eſt illa ſubſiſtēs, compoſita eſt: inquantum aūt verbum eſt, ſimplex eſt. Aliorum ſententia.

De hoc Aug. in lib. ſniarum Proſperi ait: Modis omnibus approbare contendimus ſacrificiū eccleſiæ duobus conſtare, duobus confici e viſibili elementorū ſpecie, & inuiſibili domini noſtri Ieſu Chriſti carne & ſanguine, ſacramento & re ſacramenti .i. corpore Chriſti, ſicut Chriſti perſona cōſtat & conficit̃ ex deo & homine. Auctoritates etiā pōſite que hanc pbant ſniam.

cum ipſe Chrūs verus ſit deus & verus homo. Quia oīs res illarū rerum naturā & veritatē in ſe continet ex quibus conficiť. De hoc eodē Ioan. Dam̄. In dn̄o noſtro Ieſu Chriſto duas quidem naturas cognoſcimus. vnā aūt hypoſtaſim ex vtriuſq; cōpoſitā. Incarnatus eſt ergo Chrūs ex virgine aſſumēs primitiā noſtrę maſſę, vt ipſa extiterit in carne hypoſtaſis: quæ dei verbi hypoſtaſis cōpoſita & facta fuerit, quę prius ſimplex erat verbi hypoſtaſis. Cōpoſita vero ex duabus pfectis naturis deitate & humanitate, & ferax ipſa diuine verbi dei filiationis characteriſticum & determinatiuū idioma, ſecundū q̄ diuiſa eſt a patre & ſpū .s. & carnis characteriſtica & determinatiua idiomata, ſecundū quę differat a matre & reliquis hominibus. Item: Vnā hypoſtaſim filij dei cōfitemur in duabus naturis pfecte ſe habentibus deitatis & humanitatis, & incarnatā eſſe eādem hypoſtaſim, & has duas naturas cuſtodiri & manere in ipſo poſt vnionē non ſeorſum & ſecundū partes ponētes ſingulā, ſed vnitas inuicē in vnā compoſitā hypoſtaſim: ſubſtātialē em̄ inquimus vnionē .ſ. verā & non ſecundū fantaſiā ſubſtātialē aut non duabus naturis pficientibus alterā .ſ. vnā cōpoſitam naturā, ſed vnitas inuicē in vnā hypoſtaſim cōpoſitam filij dei, & manere eandē ſubſtantialē differentiā determinamus. Qd' creabile manſit creabile, & q̄ increabile increabile, & mortale mortale, & immortale immortale: & circumſcriptibile circūſcriptibile, & incircumſcriptibile incircumſcriptibile, & hoc quidē refulget miraculis. De hoc etiā Augu. in lib. de trini. ait: Quemadmodū ſecūdū deitatē vna eſt patris filijſq; natura: ita etiam iuxta humanitatē eadē eſt matris & filij vna natura. Ex vtraq; ergo ſubſtantia & diuinitatis & humanitatis vnus atq; idē eſt deus: dei & hominis filius Ieſus Chrūs, vt verus deus, ita etiā homo verus. Idem etiā in Cap. 7. lib. 13. de tri. Sic deo cōiungi potuit humana natura: vt ex dua

bus ſubſtantijs fieret vna pſona. Ac per hoc iam eſt ex tribus, deō, anima & carne. His alijſq; pluribus auctoritatibus ſe muniunt, q dicunt perſonā Chriſti cōpoſitam eſſe vel factam ſiue conſtantem ex duabus naturis ſiue ex tribus ſubſtantijs.

Tertia aliorū ſententia.

Sunt etiā alij qui in incarnatione verbi, non ſolum perſonā ex naturis compoſitā negāt: verumetiā hominē aliquē ſiue etiā aliquā ſubſtantiā ibi ex anima & carne cōpoſitam vel factā diffitent. Sed ſic illa duo .ſ. animā & carnē verbi perſonæ vel naturæ vnita eſſe aiunt, vt non ex illis duobus vel ex his tribus aliqua natura vel pſona fieret ſiue componeret, ſed illis duobus velut indumēto verbū dei veſtiret, vt mortaliū oculis cōgruent apperet. Qui ideo dicitur verus factus hō, quia veritatē carnis & animæ accepit. Quæ duo etiā in ſingularitatē vel vnitatē ſuæ pſonæ accepiſſe legit, non quia illa duo vel aliqua res ex illis cōpoſita ſit vna perſona cū verbo, vel ſit verbū: ſed qa illis duobus accedentibus verbo non eſt perſonarū numerus auctus vt fieret quaternitas in trinitate: & qa ipſa perſona verbi quæ prius erat ſine indumēto: aſſumptione indumenti non eſt diuiſa vel mutata, ſed vna eademq; immutata pmanſit. Qui ſecundū habitū deū & hominē factū dicunt. Accipiendo eñ hominē dictus eſt deus, factus eſt homo, & propter acceptū hominē dicit deus vere eſſe homo, & ꝓpter aſſumentē deū dicit homo eſſe deus. Nam ſi eñtialiter inquiunt illi deus eſſe hō, vel homo eſſe deus intelligeret, tunc ſi deus aſſumpſiſſet hominē in ſexu muliebri, & mulier eñtialiter deus eſſet, & econuerſo. At potuit deus aſſumpſiſſe hominē in ſexu muliebri: potuit ergo mulier eſſe deus & econuerſo.

Grego. ſup Ezechielem.

Auctoritates inducit: qbus hec ſentia roborat.

Ne aūt & iſti de ſuo ſenſu influere videātur teſtimonijs in medium productis quod dicūt confirmant. Ait eñ Augu. in lib. de gratia noui teſtamenti. Sicut non auget numerus perſonarū, cum

caro accedit anime vt ſit vnus homo: ſic non augeẽ numerus pſo⸗
narũ cũ homo accedit verbo vt ſit vnus homo Chrũs, legiẽ itaq̧
deus hõ, vt intelligamus huius perſonæ ſingularitatẽ, non vt ſuſpi
cemur carnẽ mutatã diuinitatẽ. Idem quoq̧ tractans illud verbũ
Philip. 2. apl'i. Habitu inuentus eſt vt homo: manifeſte oñdit deũ dici factũ
eſſe hominẽ, vel eſſe hominẽ ſecundũ habitũ in lib. 83. q̃onum ita
inquiens: Multis modis habitũ dicimus, vel habitum animi, ſicut
diſcipline perceptionẽ vſu firmatã, vel habitũ corporis, ſicut dici⸗
mus aliũ alio validiorẽ, vel habitũ eorũ qui membris accomodanẽ
extrinſecus, vt cum dicimus aliquẽ veſtitũ vel calciatũ: & huiuſ⸗
modi in omnibus generibus manifeſtũ eſt in ea re dici habitũ quę
accidit vel accedit alicui, ita vt eam poſſit etiã non habere. Hoc aũt
Prima ſpẽs habitus. nomẽ ductũ ẽ ab alio verbo qđ eſt habere. Habitus ergo in eã re
diciẽ, quæ nobis vt habeatur accidit vel accedit. Verũtamẽ hoc
intereſt, quia quædã eorũ quæ accidũt vel accedũt, vt habitũ faci⸗
ãt non mutanẽ, ſed ipſa mutãt in ſe integra & incõcuſſa manẽtia:
ſicut ſapientia accedẽs homini non ipſa mutatur, ſed hominẽ mu⸗
Secunda. tat, quẽ de ſtulto ſapientẽ facit. Quædã vero ſic accedũt vel acci⸗
dũt vt mutent & mutentur, vt cibus qui amittens ſpeciem ſuam
in corpus vertiẽ: & nos cibo refecti, ab exilitate atq̧ languore in
Tertia. robur atq̧ valentiã mutamur. Tertiũ genus eſt cũ ea quæ accidũt
vel accedunt, nec mutant ea quibus accidunt, nec ab eis ipſa mu
tantur: ſicut annulus poſitus in digito, quod genus rariſſime reperi
Quarta ſpecies cõgruit huic comparationi. tur. Quartum genus eſt cum ea quæ accidunt vel accedũt mu⸗
tanẽ non a ſua natura, ſed aliã ſpẽm & formã accipiunt, vt ẽ ueſtis
quæ deiecta atq̧ depoſita, nõ habet eam formã quã ſumit induta.
Induta enĩ membris accipit formã quam non hẽbat exuta, qđ ge⸗
Phili. 2. nus cõgruit huic cõparationi. Deus enĩ filius ſemetipſum exina⸗
niuit, non formã ſuã mutans ſed formã ſerui accipiens: neq̧ cõuer⸗

ſtis aut tranſmutatus in hominē amiſſa incōmutabili ſtabilitate, ſed in ſimilliudine hominū factus eſt ipſe ſuſceptor, verū hominē ſuſcipiendo habitu inuentus eſt vt hō .i. habendo hominē inuentus eſt vt hō, non ſibi ſed eis quibus in homine apparuit. Quod aūt dicit vt hō veritatē exprimit, noīe ergo habitus ſatis ſignificauit apoſto. qualiť dixerit in ſimilitudinē hominū factus, qa non tranſfigurati one in hominē, ſed habitu factus eſt: cū indutus eſt hominē quē ſibi vniens quodāmodo atq; conformās immortalitati æternitatiq; ſociaret. Nō ergo optet intelligi mutatū eſſe verbū ſuſceptiōe hoīs ſicut nec mēbra veſte induta mutanť, q̄uis illa ſuſceptio ineffabiliť ſuſceptū ſuſcipiēti copularet. His verbis apte innuere videť Aug. deū dici factū hominē ſecundū habitū. Qui etiā ipſius incarnationis modū volens exprimere quærentibus in .4. lib. de trini. ait: Si quæriť incarnatio quō facta ſit, ipſum verbū dei dico carnē factū, ideſt hominē factū, non tamē in hoc q̄ factū eſt conuerſum atq; mutatū, ſed carne vt carnibus cōgruenter appareret indutū. Ita ſane factū vt ibi ſit non tantū verbū dei & hominis caro, ſed etiā rōnalis hominis anima. Atq; hoc totū & deus dicatur ꝑpter deum, & homo ꝑpter hominē. Quod ſi difficile intelligitur, mens fide purgeť a peccatis abſtinendo & bona opando, difficilia eñ ſunt hæc. Idē in lib, de fide ad Petrū: Dei filius cum ſit deus æternus & verus, ꝓ nobis factus eſt hō verus & plenus. In eo verus, qa verā habet deus ille humanā naturam. In eo vere plenus, quia & carnē humanam ſuſcepit, & animā rōnalem. Item: non aliud fuit illa dei ſummi ſuſceptio vel exinanitio, niſi formæ ſeruilis .i. naturę humanę ſuſceptio, vtraq; ergo eſt in Chriſto forma, qa vtraq; vera & plena eſt in Chrō ſubſtātia, diuina .ſ. & humana natura. Idē in libro contra maximinum. Cum eſſet per ſeipſum inuiſibilis, viſibilis in hominē apparuit, quē de fœmina ſuſcipere dignatus eſt.

De modo incarnationis.

Idem in eodē: Nos Chrūm dominū verū hominē ſuſcepiſſe credi‑mus: & in ipſo viſibilē inuiſibilē hominibus apparuiſſe. In ipſo inter homines conuerſatū fuiſſe. In ipſo ab hominibus humana ptuliſſe. in ipſo homines docuiſſe. Hilarius quoq; in 10. lib. de tri. ait. Quō dei filius natus ex Maria eſt, niſi ꝙ verbū caro factū eſt. ſ. ꝙ filius dei cū in forma dei eſſet, formā ſerui accepit. Vnū tamē eundem q; non dei defectione ſed hominis aſſumptione ꝓfitemur, & in forma dei ꝓpter naturā diuinā, & in forma ſerui ex cōceptione ſpūs ſancti ſecundū hominis habitū repertū fuiſſe. Non fuit habitus ille tm̄ hoīs, ſed vt hominis: neq; caro illa caro peccati, ſed in ſimilitudine carnis peccati. Audiſtis tres ſecundum diuerſos poſitas ſententias, & pro ſingulis induta teſtimonia:

Rom. 8.

## DISTINCTIO VII.

Oſtendit qualiter ſcdm̄ varias opiniones recitatas di. ꝓcedenti de mō vniēdi diuinam & humanā naturā determinari habeant ambigue locutiones: que opponantur huic ſnie.

Poſitis ſententijs, ꝓlatiſq; teſtimonijs intelligentias propoſitarum locutionum exequitur, ſecundum ſingulas ſententias & prius ſecundum primam.

SEcundū primā vero dicit̄ deus factus homo, & homo factus deus: qa deus cœpit eſſe quædā ſubſtantia rōnalis, quæ ante non fuerat, & illa ſubſtantia cœpit eſſe deus, & hoc gratia nō natura vel meritis habuit. Vnde recte dicit̄ Chrūs inquantū hō ꝓdeſtinatus eē filius dei, huic aūt ſentētiæ opponit̄. Si illa ſubſtātia cœpit eſſe deus, & deus illa: q̄dā ergo ſubſtātia eſt deus, q̄ nō ſp fuit deus, & q̄dā ſubſtātia ē deus q̄ nō eſt diuīa ſubſtātia & deus ē aliq̄d qd̄ nō ſp fuit. Qd̄ & illi cōcedūt. Origenis teſtimonio innitentes: qui ait. Factus eſt ſine dubio id quod prius non erat: ſed addidit ſecundū carnē. Secundum deum vero erat prius, & non erat qn̄ non erat. Alijs quoq; pluribus modis illi ſententiæ pōt opponi, quibus ſuper ſedemus exercitationis ſtudiū lectori relinquentes, & ad aliam properantes.

Origenes ſuper epiſtolā ad romanos.

In ſecunda vero ſententia huius diſtinctionis talis videt̃ ratio, vt cum dicit̃, deus factus eſt homo, intelligat̃ cœpiſſe eſſe ſubſiſtens ex duabus naturis vel tribus ſubſtantijs, & ecõuerſo hõ factus eſt deus, q̃a ſubſiſtens in duabus naturis cœpit eſſe deus, vel potius homo factus eſt deus, & ecõuerſo dicit̃, q̃a deus aſſumpſit hominẽ, vt hõ aſſumptus eſt a deo. Vnde Aug dicit in lib. de tri. Talis illa fuit ſuſceptio quæ hominẽ faceret deũ & deum hominẽ. Variat̃ aũt intelligẽtia cũ dicit̃, deus eſt hõ, & hõ eſt deus. Dicit̃ em̃ deus eſſe pſona ſubſiſtens in duabus & ex duabus naturis, & pſona ſubſiſtẽs in duabus, & ex duabus naturis dicit̃ eſſe deus .i. vbũ vl' natura diuĩa. Põt em̃ p̃dicari pſona ſimplex, vl' nã de pſona cõpoſita: Nõ eſt aũt vt ait Io. Dam̃. idẽ dicere naturã vel pſonã. | Hic explanat ſecundã ſniam: & earundẽ locutionũ ſenſus | Quod nõ eſt idẽ dicere naturã vel perſonã.

Iſti dicunt Chriſtũ p̃deſtinatũ inquantũ eſt homo .i. inquantũ & ſubſiſtens ex duabus ſubſtantijs .ſ. anima & carne. Nam quãtum ad naturã diuinitatis non eſt ipſe p̃deſtinatus. Non ergo inquantũ in ea vel ea ſubſiſtit p̃deſtinatus eſt, ſed inquantũ ſubſiſtit in alijs duabus ſubſtãtijs.i.in aĩa & carne, hoc eſt inquantũ eſt hõ. | Ex quo ſenſu dicũt chriſtũ p̃deſtinatum.

Determinant etiã auctoritates quæ prime cõueniunt ſententię, & huic videntur contradicere, vt cũ legit̃, homo ille aſſumptus a verbo in ſingularitate perſonæ, vel factus vna perſona cum verbo de natura humana intelligat̃: quæ verbo vnita eſt in ſingularitate perſonæ .i. ita q̃ eadẽ perſona quæ prius erat & ſimplex erat, ſine incremento numeri perſonarũ etiam immutata permanſit, licet cõpoſita. Cõpoſitionis vero huius aliã dicũt eſſe rõnem q̃ ſit in alijs hominibus, q̃a huius ex tribus, aliorũ ex duabus ſubſtãtijs eſt cõpoſitio. Negant quoq; naturã humanã eſſe pſonã vel dei filiũ, & ſicut vnũ eundẽq; dicũt eſſe hoiem & deũ, & filiũ hoĩs & filiũ dei, ita vnũ & idẽ non aliud & aliud, ſicut nec aliũ & aliũ. | Qualit̃ exponũt auctoritates prime q̃ ciſti videnẽ obuiare ſententie

Sed his vident̃ aduerſari q̃ ſub ditis continent̃ capitulis. Ait em̃

Quedã ponit que permiſſis videnť aduerſari.

Aug:ſup Ioan. Aliud eſt verbũ dei, aliud hõ,ſed verbũ caro factũ eſt .i.homo: nõ itaq; alia verbi, alia eſt hominis perſona qm̃ vtrũq; Chrũs & vna perſona. Idẽ ad Fœlicianum: Aliud dei filius aliud hominis filius, ſed non alius. Itẽ: Dei filius: aliud de patre aliud de matre. Idem in libro de trinitate. Cum filius ſit & deus & homo alia ſubſtantia deus, alia homo.

Qualiť his reſpondeant

Hæc aũt in hunc modũ determinant, qa cũ diciť: aliud verbũ dei, aliud hõ ſiue alia ſubſtantia deus,alia hõ:alterius naturæ ſignificať Chrũs eſſe inquantũ eſt hõ, & alterius inquantũ eſt deus, & aliud natura qua eſt homo, aliud natura qua eſt deus. Vt eñ ait Ioan.Dam̃ inconuerſe & in alterabiliť vnite ſunt adinuicẽ naturæ neq; diuina diſtante a ꝓpria ſimplicitate: neq; humana aut cõuerſa in deitatis naturã, aut in nõ exiſtentiam diuiſa, neq; ex duabus vna facta cõpoſita natura. Cõpoſita eñ natura neutri earũ ex qbus cõponitur naturis, homo vſia .i.cõſubſtantialis eſſe põt ex alteris perficiens alterũ,vt corpus ex quatuor elemẽtis compoſitum: nec ignis nominať, nec aer,nec terra, nec aqua, nec horũ alicui homouſion dicitur. Si ergo ſecundũ hæreticos Chrũs vnius cõpoſite naturæ poſt vnionẽ extitit: ex ſimplici natura cõuerſus eſt in compoſitã, & neq; patri ſimplicis naturæ exñti: neq; matri eſt homouſios,& neq; deus neq; homo denominabiť ſed Chrũs ſolũ, & erit hoc nomẽ .ſ. Chrũs non pſonæ ipſius natura, ſed vnius ſecũdũ ipſos cõpoſitæ naturæ, nos aũt Chriſtũ non vnimus cõpoſitæ naturæ dogmatiſamus, & hoc nomen .ſ. Chriſtus pſonæ dicimus, non monotropos.i.vno mõ dictũ, ſed duarum naturarũ eſſe ſignificatiuũ .ſ. deitatis & humanitatis. Ex deitate aũt & humanitate deũ pfectũ hominẽ perfectũ eundẽ & eſſe & dici, ex duabus & in duabus naturis confitemur. Sic ergo dicitur aliud eſſe filius dei, aliud filius hominis; qa alterius eſt ſubſtantiæ vel naturæ inquan-

eſt filius dei, alterius inquantũ eſt filius hominis, non ꝙ ipſe filius dei & hominis ſit duo illa diuerſa.i. due diuerſæ naturæ.

Aperte eñ Hilarius in .9. lib. de tri. ait: Cum non aliud ſit filius hominis, neq̧ aliud filius dei: verbũ eñ caro factũ eſt, & cum ille qui filius dei eſt, ipſe & hominis ſit filius: requiro quis in hoc filio hoĩs glorificatus ſit? Euident̃ dicit nõ aliud eſſe filiũ dei, & aliud filiũ hoĩs. Ex quo p̄miſſa roborat̃ & approbat̃ determinatio.

Auctoꝛitate cõfirmat determiatiões

Quod etiã dictũ eſt vtrumq̧ Chr̃us eſt, & vna pſona mouere põt lectorẽ, ſicut & illud quod Aug. dicit in .1. li. de tri. Quia forma dei formã ſerui accepit, vtrũq̧ deus, vtrũq̧ homo. Sed vtrũq̧ deus ꝓpter accipientem deũ, & vtrũq̧ homo ꝓpter acceptũ hominẽ. & illud qđ idẽ ait in lib. de bono pſeuerãtiæ. Qui fidelis eſt in eo verã naturã humanã credit ſuſcipiente deo verbo ita ſublimatã, vt qui ſuſcepit & qđ ſuſcepit vna eſſet in trini.pſona: aſſumptione illa ineffabilit̃ faciente perſonæ vnius in deo & in homine veritatẽ. Si aũt qui ſuſcepit, & quod ſuſcepit vna eſt perſona ergo natura humana cum verbo vna eſt perſona. Sed hęc omnia ex tali ſenſu dicta fore tradunt, vt vtrunq̧ dicat̃ eſſe Chr̃us & vna pſona, quia in vtroq̧ vnus Chr̃us & vna perſona ſubſiſtit. Ita etiã ſuſceptũ cum ſuſcipiente dicit̃ vna pſona, q̃a ſuſceptũ ſuſcipienti eſt ſociatum in vnitate perſonæ, & ita ꝙ vnitas perſonæ pmanſit: non ita vt caro & anima ſint vnus deus, q̃a vt ait Hiero. Verbũ eſt deus non caro aſſumpta. Et Amb. in lib. 3. de ſpũ .s. ait. Aliud eſt quod aſſumpſit, & aliud quod aſſumptũ eſt.

Alia etiã verba auctoꝛitatũ anotet vt determinet.

Et hic auctoꝛitate vtitur vt cõfirmet determinationem.

Eſt aũt & aliud qđ huic ſententiæ plurimũ videt̃ obuiare. Ait eñ Aug. in lib .1. cõtra Maximinũ: Chr̃us vna pſona eſt geminæ ſubſtantiæ, q̃a & deus eſt & hõ eſt: nec tñ deus vel homo, ps huius ſubſtantiæ dici põt, alioquin filius dei deus anteq̧ ſuſcipet formam ſerui: non erat totus, et creuit cum homo diuinitati eius ac

Hic quandã ponit auctoritatẽ: q̃ multũ videt̃ huic ſn̄ie oppoſita.

Achſio conſ cũ determi- natione.

ceſſit. Ecce deũ dicit nõ eſſe ptem illius pſonæ. Vñ videt̃ illa pſona non cõſtare ex deo & homine. Ad quod etiã illi dicũt illã pſonam non ita conſtare ex deo & homine, quaſi totũ ex ptibus. Ita eñ partes alicuius totius cõueniunt, vt ex illis quod non erat cõſtituatur. Non aũt ſic humana & diuina natura in Chrõ vniuntur. Inexplicabilis eñ eſt iſtius vnionis quæ non eſt partiũ rõ. Quidam tamẽ nomine dei ibi perſonã ſignificari putant, qa de tribus agebat pſonis, quarũ nullã trinitatis ptem eſſe dicebat, ſicut pars iſtius pſonæ non eſt deus. Quod ſi de pſona intelligat̃, manifeſtũ eſt quia perſona non eſt pars pſonæ. Poſita eſt diligenter ſententia ſcd'a & eius explanatio, cui in nullo vel in modico obuiant auctoritates in tertia ſententia inducte, quæ iam conſideranda eſt.

Tertia ſnia que fit pmiſſarũ ppoſitionũ intelligentia.

In hac ergo ſnia ſic dicit̃ deus factus hõ: quia hominẽ accepit, ſic dicit̃ eſſe homo, quia hominẽ habet, vel quia eſt habens hominem, & homo factus deus, quia aſſumptus eſt a deo, & homo eſſe deus, quia hñs hominẽ eſt deus. Cũ ergo dicit̃ deus eſt homo vel habitus p̃dicat̃ vel pſona, ſed humanata. Et ꝙ pſona humanata p̃dicet̃: Caſiodorus oñdere videt̃ dicens. Factus eſt vt ita dixerim humanatus deus, qui etiã in aſſumptione carnis: deus eſſe nõ deſtitit. Quod tñ varia accipi põt vt dicat̃, deus factus humanatus, vel Chrũs factus deus humanatus, vtrũqꝫ eñ ſane dici põt. Cum ergo dicit̃ factus eſt deus hõ: multiplex ſecundũ iſtos fit intelligẽtia, vt naturã humanã accepiſſe, vel humanatũ verbũ eſſe incepiſſe intelligatur. Nec tñ ſi incepit eſſe humanatũ verbum, ideo ſequit̃ ꝙ incepit eſſe verbũ: nec ſi deus factus eſt humanatũ verbũ ſequit̃ ꝙ factus ſit verbũ, ſicut de aliquo dicit̃: Hodie iſte cœpit eẽ bonus homo vel factus eſt bonus homo, nec tamen hodie cœpit eſſe homo, vel factus eſt homo.

Secundũ iſtos dicit̃ Chrũs ſecundũ ꝙ homo p̃deſtinatus eſſe

filius dei, qa eſt p̄deſtinatum a deo ab æterno, & in tpe collatum eſt ei p gratiã, vt ipſe ens hõ ſit filius dei; hoc em̃ nõ ſp habuit ſed in tpe p grãm accepit. Qď vr̃ Aug. notaſſe in li. ad Proſp. & Hil. dicẽs. Prædeſtinatus ẽ Ieſus, vt q̃futurus erat ſecũdũ carnẽ filius dauid, eſſet in virtute filius dei. Hi etiã cũ dicit̃, Chrũs Minor patre ſecundũ q̄ hõ, ſecundũ habitũ hoc intelligunt dictũ .i. inquantũ habet ſibi hominẽ vnitũ. Vñ Aug. in .1. li. de tri. Deus filius deo patri natura eſt æqualis, habitu minor. In forma em̃ ſerui minor eſt patre. In forma dei æqualis eſt patri, & qa ſecundũ habitũ accipienda eſt incarnationis ratio, ideo deum humanatum, non hominem deificatum dici tradunt. Vnde Ioannes Dam̃. Non hominem deificatum dicimus; ſed deum hominem factum.

Quo ſenſu ſecundũ illos dicatur p̄deſtinatus chrĩſtus. Auctoritate cõfirmat expoſitionẽ. Cap. 7.

Et licet dicat̃ hõ deus, non tamẽ congrue dicit̃ homo dñicus. Vñ Aug. in lib. retracta. Non video vtrũ recte dicat̃ homo dñicus, qui eſt mediator dei & hominũ Chrũs Ieſus cum ſit vtiq̄ dominus, & hoc quidẽ vt dicerẽ apud quoſdã legi catholicos tractatores. Sed vbicunq̄ hoc dixi dixiſſe me nollẽ. Poſtea quippe vidi non eſſe dicendũ, q̃uis nõnulla poſſet idem rõne defendi. Secũdũ iſtos etiã dicit̃ p̃ſona filij in duabus & ex duabus exiſtere naturis, ſcďm adherentiã vel iherẽtiã. Altera em̃ iheret ei altera ineſt.

Quod nõ debet dici homo dñicus.

Satis diligenter iuxta diuerſorũ ſniam ſuprapoſitam abſq̄ aſſertione & p̄iuditio tractauimus qõnem. Verumtñ nolo in tãta re tanq̄ ad cognoſcẽdum difficili putare lectorẽ iſtam ſibi noſtram debere ſufficere diſputationẽ, ſed legat & alia forte melius cõſiderata atq̄ tractata, & ea quæ hic mouere pñt, vigilantiore atq̄ intelligẽtiore ſi põt mẽte diſcutiat. Hoc firmiter tenẽs q̄ deus hominem aſſumpſit hõ, in deũ tranſiuit, nõ naturæ verſibilitate, ſed dei dignatiõe, vt nec deus mutaret̃ in humanã ſubſtantiã aſſumendo hominẽ, nec hõ in diuinã gl̃ificatus in deũ, qa mutatio vel verſibi-

Quod ſ p̄dicta nõ ſufficiũt ad cognoſcendam hãc qõnem.

litas naturæ diminutionẽ & abolitionem ſubſtantiæ facit.

## DISTINCTIO VIII.

### An diuina natura debeat dici nata de virgine.

Qualiter ꝑ vnionẽ diuerſarũ naturarũ in Chrõ ſit cõmunicatio ideomatũ ⁊ ꝓprietatuꝫ reſpicientiuꝫ naturam.

POſt prædicta inquiri debet: vtrũ de natura diuina cõcedendũ ſit, ꝙ de virgine ſit nata, ſicut dicit̃ in virgine incarnata. Et videt̃ vtiqꝫ non debere dici nata de virgine, cum non ſit nata de patre. Quæ em̃ res non eſt de patre genita, non dicit̃ de matre nata: nec res aliqua filiationis nomẽ habeat in humanitate, quæ illud nõ teneat in diuinitate. Videt̃ tamẽ poſſe ꝓbari, ꝙ ſit nata de virgine, qa ſi hoc eſt naſci deum de virgine .ſ. hominẽ aſſumere in vtero virginis, cũ natura diuina ſuperius dicta ſit, hominẽ aſſumſiſſe videtur debere dici nata. De hoc Aug. in li. de fide ad Pe. ſic ait: Natura æterna atqꝫ diuina nõ poſſet tp̃aliter concipi & naſci ex natura humana, niſi ſcd'm ſuſceptionẽ veritatis humanæ, veram tp̃aliter conceptionẽ & natiuitatẽ ineffabilis in ſe diuinitatis accepiſſet. Sic eſt deus æternus veraciter ſcd'm tempus & conceptus & natus ex virgine. Iſta auctoritate videt̃ inſinuari, ꝙ natura diuina ſit nata & concepta de virgine. Sed ſi diligenter notent̃ verba potius de ꝑſona agi intelligit̃, quæ ſine dubitatione, & de patre & de matre nata eſſe dici debet.

Cap. 1. circa medium.

De gemina Chri natiuitate quibus natus eſt. Cap. 1. circa medium.

Quæri etiã ſolet, vtrũ debeat dici xp̃us bis genitus, vt dicit̃ dei & hominis filius? Ad quod dici põt, Chrm̃ bis natum eſſe: duaſqꝫ natiuitates habuiſſe. Vnde Aug. in lib. de fide ad Petrũ. Pater deus de ſua natura genuit filium deũ ſibi coæqualẽ & coeternũ. Idẽ quoqꝫ vnigenitus deus ſcd'o natus eſt ex patre ſemel, ex matre ſemel. Natus eſt eñi de patre dei verbũ. Natus eſt de matre verbũ caro factũ: vnus ergo atqꝫ idẽ dei filius natus eſt ante ſæcula, & natus in ſæculo: & vtraqꝫ natiuitas vnius eſt filij dei, diuina .ſ. et humana. De hoc etiã Ioan. Dam. ait. Duas ergo Chriſti natiuita-

Li. 3. ca. 1.

tes veneramur, vnã ex patre ante ſecula, quæ eſt ſup cauſam & rõnem & tpũs & naturã, & vnã quæ in vltimis tpibus ,ppter nos & ſecundũ nos & ſup nos; ,ppter nos qa ,ppter noſtrã ſalutẽ: ſecũdũ nos quia natus eſt homo ex muliere: & tpe cõceptiõis .ſ. nouem menſiũ. Sup nos, quia non ex ſemine ſed ex ſpiritu ſancto & ſancta virgine ſupra legem conceptionis. Ex his manifeſte apparet Chriſti duas eſſe natiuitates, eundemq; bis natum fore.

## DISTINCTIO IX.

### De adoratione humanitatis Chriſti: an eadem adoratio humanitati & deitati ſit exhibenda.

Utrum caro chri ſit adorãda adoratiõe larrie qð eſt ,ppietas diuine nature.

PReterea inueſtigari oportet: vtrũ caro Chriſti & anima vna eademq; cum verbo debeat adoratione adorari illa .ſ.quę latria dicit̃. Si eñ animæ vel carni exhibet̃ latria quę intelligitur ſeruitus ſiue cultus ſoli creatori debitus, cum anima Chriſti vel caro creatura tñ ſit, creaturę exhibet̃, quod ſoli creatori debet̃, quod facienti in idolatriã deputat̃. Ideo quibuſdã videt̃ nõ illa adoratione q̃ latria eſt carnẽ Chriſti vel animã eſſe adorandã; ſed illa quæ eſt dulia, cuius duas ſpẽs vel modos eſſe dicũt. Eſt eñ cuiuſdã modi dulia quæ creaturę cuilibet exhiberi põt: & eſt quædã ſoli humanitati Chriſti exhibẽda, nõ alij creaturæ, quia Chriſti humanitas ſuper omnẽ creaturã eſt venerãda & diligẽda. Non tñ adeo vt cultus diuinitati debitus ei exhibeat̃, qui cultus in dilectione & ſacrificij exhibitione atq; reuerentia cõſiſtit, qui Latine dicitur pietas, Græce autem theoſebia, ideſt dei cultus, vel euſebia, ideſt bonus cultus.

Quidã dicũt nõ illa adoratione adorãdũ eſſe.

De ſpẽbus dulię.

Alijs aũt placet Chriſti humanitatẽ vna adoratione cum verbo eſſe adorandã, nõ ,ppter ſe ſed ,ppter illũ cuius ſcabellũ eſt, cui ẽ vnita. Neq; ipſa hũanitas ſola vel nuda, ſed cũ verbo cui eſt vnita; nec ,ppter ſe, ſed ,ppter illũ cui eſt vnita eſt adorãda. Nec qui

Aliorũ ſniã qua vnã adoratione verũ q̃ exhibendã tradunt.

hoc facit idolatriæ reus iudicari põt: quia nec ſoli creaturæ, nec ꝓpter ipſam, ſed creatori cũ humanitati & inhumanitati ſua ſeruit. De hoc Ioan. Dam̃. ita ait: Duæ ſunt naturæ Chriſti, rõne & mõ differẽtes: vnitę vero ſcd'm hypoſtaſim. Vnus ergo Chrũs eſt deus pfectus & hõ pfectus, quẽ adoramus cum patre & ſpũ vna adoratione cũ incõtaminata carne eius. Nõ inadorabilẽ carnẽ dicẽtes. Adorat̃ em̃ in vna verbi hypoſtaſi, quæ hypoſtaſis generata eſt: Non creaturæ veneratione pbentes. Non ergo vt nudam carnẽ adoramus, ſed vnitã deitati in vnam hypoſtaſim dei verbi duabus reductis naturis. Timeo carbonẽ tangere, ꝓpter ligno copulatũ ignẽ. Adoro chriſti dei mei ſimul vtrãq; naturam, ꝓpter carni vnitatẽ deitatẽ. Non em̃ quartam appono perſonã in trinitate, ſed vnã perſonã cõfiteor verbi & carnis eius. His verbis inſinuari videt̃, chriſti humanitatẽ vna adoratiõe cũ verbo eſſe adorãdam. De hoc etiã Aug. ait ex ſer. dñi verbi dicit: Non turbet̃ cor
Homel. Ioannis. 14. veſtrũ ita dicit. Dicũt hæretici filiũ non natura eſſe deũ ſed creatũ. Quibus reſpondendũ eſt quia ſi filius non eſt deus natura ſed creatura nec colendus eſt oĩno, nec vt deus adorandus, dicẽte apoſt.
Rom. 1. Coluerũt & ſeruierũt potius creaturæ q̃ creatori. Sed illi ad hoc replicabunt & dicẽt: Quid eſt ꝙ carnẽ eius quã creaturã eſſe non negas ſimul cum diuinitate adoras, & ei non minus q̃ diuinitati deſeruis. Ego dñicam carnẽ immo pfectã in chrõ humanitatẽ ideo adoro: ꝙ a diuinitate ſuſcepta, & deitate vnita eſt, vt nõ alium & aliũ, ſed vnũ eundẽq; deũ & hominẽ filiũ dei eſſe cõfitear. Denicq; ſi hominẽ ſepaueris a deo, illi nunq̃ credo nec ſeruio, velut ſi quis purpurã vel diadema regale iacens inueniat, nunquid ea conabit̃ adorare. Cum vero ea rex fuerit indutus, periculũ mortis incurrit: ſi ea cum rege adorare quis cõtempſerit. Ita in Chrõ dño humanitatẽ non ſolã vel nudã, ſed diuinitati vnitã .ſ. vnũ filiũ deũ verũ

& hominē verū ſi quis adorare cōtempſerit æternalit̃ morieť. Idē ſup ps. 98. vbi dicit̃: Adorate ſcabellū pedū eius qm̃ ſanctum eſt Sciendū q̄a in chrō terra eſt .i. caro quæ ſine impietate adorať. Suſcepit em̄ de terra terrā, q̄a caro de terra eſt, & de carne Mariȩ carnem accepit, hæc ſine impietate a verbo dei aſſumpta adoratur a nobis, q̄a nemo carnē eius manducat niſi prius adoret, ſed qui adorat non terrā intueť, ſed illū potius cuius ſcabellū eſt, ꝓpter quem adorat. His auctibus p̄miſſe inueſtigatiōis abſolutio explicatur.

## DISTINCTIO X.

De cōicatione ideomatū & ꝓprietatum reſpicientium perſonam ꝑut ſonāt in nobilitatē .i. de perſonali cōdiciōe & filiali adoptione.

SOlet etiā a quibuſdā inquiri: vtrū chrūs ſcd'm ꝙ homo ſit pſona vel etiam ſit aliq̄d. Ex vtraq; pte huius q̄ōnis argumēta cōcurrūt. Q̄ȝ em̄ pſona ſit, his differūt rōnibus. Si ſecundū ꝙ hō aliquid eſt vel pſona, vel ſubſtantia, vel aliud eſt. Sed aliud, non ergo pſona vel ſubſtātia, ſi ſubſtātia eſt, vel rōnalis vel irrōnalis, ſed nō eſt irrōnalis ſubſtātia: ergo rōnalis. Si vero ſcd'm ꝙ hō eſt rōnalis ſubſtātia, ergo pſona: q̄a hæc eſt diffinitio pſonæ, ſubſtātia rōnalis indiuiduæ naturæ. Si ergo ſcd'm ꝙ homo eſt aliq̄d: & ſecundū ꝙ homo pſona eſt. Sed ecōuerſo, ſi ſecundū ꝙ hō pſona eſt, vel tertia in trinitate vel alia: ſed alia non ergo tertia in trinitate pſona. At ſi ſecundū ꝙ hō pſona eſt tertia in trinitate: ergo deus, Propter hæc inconuenientia & alia, quidam dicunt Chriſtū ſecundū hominē nō eſſe pſonā, nec aliquid niſi forte ſcd'm ſit expreſſiuū vnitatis pſonæ. Secundū em̄ habet multiplicē rōnem. Aliq̄n em̄ exprimit conditionē vel ꝓprietatē diuinæ naturæ vel humane, aliq̄n vnitatē pſonæ aliq̄n notat habitum, aliquando cauſam. Cuius diſtinctiōis rōnē diligenť lector animaduertat, atq; in ſinu memoriæ recondat, nec eius cōfundantur ſen-

An chrūs ſcd'm ꝙ hō ſit pſona vel aliq̄d.

Argumētatio de vtraq; pte q̄ōnis.

Et si chriſtus ſcdm quod homo dicatur ſubſtantia rationalis: non inde tamen ſequitur: quod perſona ſit ſcdm quod homo.

ſis, cum de Chriſto ſermo occurrerit.

Illud tamen non ſequitur quod in argumẽtatione ſuperiori inductũ eſt, quod ſi chrũs ſcd'm quod hõ eſt ſubſtantia rõnalis, ergo perſona: Nam & mõ anima chriſti eſt ſubſtantia rõnalis, non tñ perſona, quia non eſt per ſe ſonans, immo alij rei cõiuncta. Illa tamen perſonæ deſcriptio non eſt data pro illis tribus perſonis.

Alia probatio quod chrũs ſit perſona.

Sed adhuc aliter nituntur probare chrm̃ ſecundũ hominẽ eſſe perſonam, quia chrũs ſecundũ quod hõ prædeſtinatus eſt vt ſit dei filius, ſed illud eſt quod vt ſit, prædeſtinatus eſt, ergo ſi prædeſtinatus eſt ſecundũ quod hõ vt ſit filius dei, & ſecundũ quod homo eſt filius dei. Ad quod dici põt chrm̃ eſſe id quod vt ſit, prædeſtinatus eſt. Eſt enim prædeſtinatus vt ſit filius dei & ipſe vere eſt filius dei: ſed ſecundũ hoiem prædeſtinatus eſt vt ſit filius dei, quia per grãm habet hoc ſecundũ hominẽ: nec tamẽ ſecundũ hominẽ eſt filius dei, niſi forte ſecundũ vnitatis perſonæ ſit expreſſiuũ, vt ſit ſenſus: Ipſe qui eſt homo eſt dei filius: vt autẽ ipſe ens hõ ſit dei filius, per gratiã habet: ſed ſi cauſa notetur falſum eſt. Non enim quo hõ eſt, eo dei filius eſt.

An chriſtus ſit adoptiuus filius: ſcdm quod homo vel alio mõ.

Si vero quæritur: an chrũs ſit adoptiuus filius ſecundũ quod hõ ſiue alio mõ? Rñdemus: chrm̃ non eſſe adoptiuũ filiũ aliquo modo ſed tñ naturalẽ, quia natura filius dei eſt, non adoptionis grã. Non

Richardus.

aũt ſic dicitur filius, natura vt dicitur deus natura. Non enim eo filius eſt quo deus eſt, quia natiuitate diuinitatis filius eſt, & tñ dicitur natura vel naturæ filius: quia naturaliter eſt filius, eãdẽ .ſ. hñs naturã quam ille qui genuit. Adoptiuus aũt filius non eſt, quia prius non fuit, & poſtmodũ adoptatus eſt in filiũ: ſicut nos dicimur adoptiui filij, quia cũ nati fuerimus iræ filij, per grãm facti ſumus filij dei: chrũs vero nunquam fuit non filius dei, & ideo non eſt adoptiuus filius.

Quare non ſit adoptiuus filius.

Ephes. 3.

Opinio quod ſit adoptiuus filius.

Sed adhuc opponitur ſic: Chrũs filius hominis eſt .i. virginis, aut gratia aut natura vel vtroque modo: Si vero natura, aut diuina aut

humana, ſed diuina nō: ergo aut hūana natura aut non natura eſt filius hominis. Si non natura, ergo grā tm̄, & ſi etiā natura hūana, non ideo minus per gratiā. Si ergo gratia filius hoīs eſt, adoptiuus filius eſſe videt̄, vt idē ſit naturalis filius patris, & adoptiuus filius virginis. Ad qđ dici pōt, chriſtū filiū virginis eē & natura vel naturalit̄ & gratia, nec tn̄ adoptiuus filius virginis eſt, q̄a non per adoptionē, ſed per vnionē filius virginis eſſe dicit̄. Filius em̄ virginis dicit̄, eo ꝙ in virgine hominē accepit in vnitatem pſonæ, & hoc fuit gratiæ & non naturæ. Vn̄ Aug. ſup Ioan. ait: ꝙ vnigenitus eſt æqualis patri, non eſt gratiæ ſed naturæ. Qđ aūt in vnitate pſonæ vnigeniti aſſumptus eſt hō, gratiæ eſt nō naturæ. Chriſtus ergo nec dei nec hoīs eſt adoptiuus filius, ſed dei naturalit̄, & hoīs naturaliter & grā filius. Qđ vero nālit̄ ſit hoīs filius Aug. oñdit in lib. de fide ad petrū. Ille .ſ. deus factus eſt naturalit̄ hoīs filius qui eſt naturaliter filius vnigenitus dei patris. Qđ aūt non ſit adoptiuus filius, & tn̄ gratia ſit filius, & ſubditis probat̄ teſtimonijs Hiero. ſup epl'am ad Epheſios ait. De Chrō Ieſu ſcriptū eſt, q̄a ſemp cum patre fuit, & nunq̄ eum vt eſſet voluntas paterna p̄ceſſit, & ille quidē natura filius eſt, nos vero adoptione. Ille nunq̄ non fuit filius: nos anteq̄ eſſemus p̄deſtinati ſumus, & tunc ſpūm adoptionis accepimus, quando credidimus filiū dei. Hilari. quoq̄ in lib. 3. de tri. ait: Dn̄s dicens clarifica filiū tuū, non ſolo nomine cōteſtatus eſt ſe eſſe filiū dei, ſed etiā ꝓprietate. Nos ſumus filij dei ſed nō talis hic filius. Hic em̄ verus & ꝓprius eſt filius origine, nō adoptione, veritate non nūcupatiōe, natiuitate non creatiōe. Aug. etiā ſup Ioan. ait, Nos ſumus filij gratia non natura, vnigenitus aūt natura non gratia: an hoc etiā in ipſo filio ad hominē referendum eſt? Ita ſane Amb. quoq̄ in .1. lib. de tri. ait: Chrūs filius eſt non per adoptionē ſed per naturā, per adoptionē nos filij dicimur,

Idē. c. 1. circa medium.

ſſe per veritatē nature eſt. Ex his euidenter oſ̄dit, ꝙ chrūs non ſit filius gratia adoptionis. Illa eſ̄ gratia intelligitur, cum Aug. eum non eſſe gratia filiū aſſerit, gratia eſ̄ ſed non adoptionis, immo vnionis filius dei eſt filius hominis, & econuerſo.

Vtrū pſona vel natura p̄deſtinata ſit:

Deinde ſi queritur: vtrū p̄deſtinatio illa quā cōmemorat apl'us ſit de pſona an de natura. Sane dici pōt & pſonā filij quæ ſemper fuit eſſe p̄deſtinatā ſecundū hominem aſſumptum: vt ipſa .ſ. ens homo eſſet dei filius, & naturam humanam eſſe prædeſtinatā vt verbo patris perſonaliter vniret.

## DISTINCTIO XI.

Vtrū chrūs ſit creatura, vel creatus vel factus.

De cōicatione idiomatū & ꝓprietatum reſpicientiū pſonā prout ſonat indefectibilitatē, vt p̄deſtinatio, creatio, inceptio.

SOlet etiā quæri: vtrum debeat ſimplicit' dici atꝗ conceſſi chrm̄ eſſe factū vel creatū vel creaturam. Ad quod dici pōt, hoc ſimplicit' & abſꝗ determinatione minus congruenter dici. Et ſi qn̄ꝗ breuitatis cauſa ſimplicit' denūcietur, nunꝗ tn̄ ſimplicit' debet intelligi. Quia vt aug. in .1. lib. de trini. ait. Cum de chrō loquimur qd ſcd'm quid, & propter quid dicat; prudens & diligens ac pius lector intelligere debet. Qui chriſtum vel dei filiū non eſſe factū vel creaturā, in .1. lib. de trini. oſ̄dit ita inquiens: In principio erat verbū: & verbū caro factū eſt, & omnia per ipſum facta ſunt. Neꝗ dicit omnia niſi quæ facta ſunt .i. omnē creaturā, Vnde liquide apparet ipſum factū non eſſe, per quem omnia facta ſunt: & ſi factus non eſt, creatura non eſt. Si autē creatura nō eſt. eiuſdē cum patre ſubſtantiæ eſt. Omnis eſ̄ ſubſtantia quæ deus non eſt: creatura eſt: & que creatura non eſt deus eſt. Sed ſi filius non eſt eiuſdem ſubſtantiæ cuius pater, ergo facta ſubſtātia eſt, & ſi facta ſubſtantia eſt, non omnia per ipſum facta ſunt. At omnia per ipſum facta ſunt, facta ergo ſubſtātia nō

eſt: ſed vna cum patre infecta ſubſtãtia eſt, Item in eodẽ. Si vel fi-
liũ fecit pater quẽ nõ fecit ipſe filius, nõ omnia per filiũ facta ſunt:
At omnia per filiũ facta ſunt. Ipſe ergo factus non eſt, vt cum pa-
tre faceret omnia quæ facta ſunt. Idẽ in lib. 83. q. Dicit̃ creatura
quicq̃d fecit deus pater per filium, qui non põt appellari creatura,
q̃m per ipſum facta ſunt omnia. Amb. in .1. lib. de tri. Probemus
in q̃t creaturam non eſſe dei filiũ. Audiuimus eñ in euangelio do- Marci vlti.
minũ mandaſſe diſcipulis. Prædicate euangeliũ vniuerſe creaturæ:
Qui vniuerſam creaturã dicit nullã excipit & vbi ſunt qui creatu-
ra m Chrm̃ appellant? Nam ſi creatura eſſet, ſibi mandaret euan-
geliũ p̃dicari, & ſubiectus eſſet vanitati: quia teſtante apoſt. Om- Rom. 8.
nis creatura vanitati ſubiecta eſt. Nõ ergo chrũs creatura eſt ſed
creator qui docẽte creaturæ diſcipulis mandat officium.

Arrij hæc fuiſſe perfidia legit̃, vt chrm̃ creaturam faceret. Ideo De pfidia & pena Arrij.
effuſa ſunt Arrij viſcera atq; crepuit medius ꝓſtratus in faciem ea
quibus Chriſtũ negauerat fœda ora pollutus. His alijſq; pluribus
teſtimonijs inſtruimur non debere fateri ſimplicit̃ chrm̃ eſſe factũ
vel creaturã, ſed addita determinatione recte dici põt: vt ſi dicatur
factus ſcd'm carnẽ vel ſcd'm hominẽ, vt factura humanitati, non
deo atribuat̃. Vt eñ ait Amb. in .1. lib. de tri. Non deus factus
eſt, ſed deus dei filius natus eſt: poſtea vero ſcd'm carnẽ homo fa-
ctus ex Maria eſt. Miſit eñ deus filiũ ſuũ factum ex muliere, fa-
ctum ſub lege, filiũ inquit ſuum .ſ. non vnũ de multis. Cũ dicit ſuũ Galla. 4.
gñationis æternæ ꝓprietatem ſignificauit. Poſtea factũ ex mulie-
re aſſeruit, vt factura non diuinitati ſed aſſumprioni corpis aſcribe
ret. Factum ergo ex muliere dicit, ꝓpter carnis ſuſceptionẽ: ſub
lege, ꝓpter obſeruantiã legis. Gñatio gñationi non p̃iudicat nec
caro diuinitati. Deus eñ æternus incarnatiõis ſacramentũ ſuſcepit
non diuiduus ſed vnus, & in vtroq; vnus .ſ. diuinitate & corpore,

Non eñ alter ex patre, alter ex virgine, ſed idẽ, alter ex patre alter ex virgine, qui factus eſt ſcd'm noſtræ ſuſceptionẽ naturæ, nõ ſecundum æternæ ſubſtantiã vitæ, quẽ legimus primogenitũ & vnigenitũ. Primogenitũ, q̃a nemo ante ipſum, Vnigenitũ: quia nemo poſt ipſum. Ex his euidenter tradiť qua intelligentia accipiendum ſit cũ diciť Chrũs factus, vel ſimpliciť vel cum additamẽto: vt factura .ſ. vel creatura non ad aſſumentem deũ, ſed ad aſſumptũ hominẽ referať. In deo eñ creatura eſſe non põt: vt Ambr. ait .1. li. de tri. Nunquid dico factus eſt chrũs? Nunquid mandato creatus eſt chrũs? Quõ aũt creatura eſſe in deo põt. Et eñ deus naturæ ſimplicis eſt non cõiunctæ atq; cõpoſitæ, cui nihil accidat, ſed ſolum qd' diuinũ eſt in natura habeat ſua. Et ſi ergo chrũs ſecundũ hominẽ diciť creatura, non tamẽ ſimpliciť p̃dicandus eſt creatura Nec ex eo ꝙ chrũs ſecundũ hominẽ diciť eſſe creatura. Põt quis ꝓgredi ſic argumentando. Si ſecundũ ꝙ hõ chrũs eſt creatura, vł rõnalis vel non, vel quæ eſt deus vel nõ: nitẽs per hoc ꝓbare chrm̃ eſſe aliq̃d non diuinũ, quia quod ipſe eſt, ſecundũ hominẽ ipſe eſt. Et ideo ſi ſecundũ hominẽ eſt aliqua ſubſtãtia nõ diuina, eſt vtiq; aliquid non diuinũ. Sed ex tropicis locutionibus non eſt recta argumentatiõis ꝓceſſio. Illa aũt locutio tropica eſt, qua chrũs dicitur creatura, vel ſimpliciť, vel cum adiunctione.

## DISTINCTIO XII.

An hõ ille ſp̃ fuerit vel cœpit eſſe.

Quõ verbi ſeu chriſti incarnatio ordinať ad noſtrã redemptionẽ, q̃tum ad genus naturæ aſſumptæ; vtrũ .ſ. fuerit de genere Ade.

POſt prædicta quæriť: Vtrũ homo ille cœpit eſſe vel ſp̃ fuerit, ſicut ſimpliciť enũciamus chriſtum vel dei filiũ ſemper fuiſſe, nec cœpiſſe. De hoc Aug. ita inquit ſup̃ Ioan. Habuit aliq̃n dei filius quod nondum habuit idem ipſe hõ dei filius, q̃a nondũ erat homo. Item idẽ in eodem: Priuſq; mun-

dus eſſet nec nos eramus, nec ipſe mediator dei & hominũ hõ chriſtus Ieſus. Idem ſup pſal. Chrũs noſter & ſi forte homo recens eſt tamẽ eſt æternus deus. Alibi vero legitur ꝙ puer ille creauit ſtellas. Et Chrũs dicit ſe eſſe principiũ, & eſſe ante Abraã. His ergo aliiſq; auctoritatibus in nullo reſultantes dicimus hominẽ illũ inquantũ hõ eſt cœpiſſe, inquantũ verbũ eſt ſemper fuiſſe. Hic eñi abſq; diſtinctione non eſt referenda rñſio. Nam & ipſe Aug. huiuſmodi vtiẽ diſtinctione in pluribus locis dicẽs, per Chrm̃ oĩa eſſe facta inquantũ verbũ eſt. Secundũ illud vero ꝙ hõ eſt, ipſum eſſe factũ & glorificatũ. Si ergo ad pſonã reſpicias, confidenter dic hominẽ illũ ſp fuiſſe. Si vero ad naturã hoĩs, concede eum cœpiſſe.

Solet etiã quæri, vtrũ aliũ hominẽ, vel aliunde quã de genere illius Adã deus aſſumere potuerit? Ad quod ſane dici põt, ipſum aliã animã & aliã carnẽ potuiſſe aſſumere, quia gratia tm̃ aſſumpta eſt anima illa, & caro a verbo dei. Vt eñi ait Aug. In rebus p tempus ortis illa ſumma gratia eſt ꝙ hõ in vnitate perſonæ coniũctus eſt deo. Potuit ergo deus aliã animã & aliã carnẽ ſumere, & carnẽ vtiq; aliũde q̃ de genere Adã. Vñ Augu. in lib. 13. de trini. Potuit itaq; deus hominẽ aliũde ſuſcipe, in quo eſſet mediator dei & hominũ, nõ de genere illius Adã, qui peccato ſuo obligauit genus humanũ, ſicut ipſum quẽ primo creauit, non de gñe alicuius creauit. Poterat ergo vel ſic vel alio quo vellet mõ creare vnũ aliũ de quo vinceret victor prioris. Sed melius iudicauit, & de ipſo qd' victũ fuerat gñe aſſumere hominẽ, per quẽ hominis vinceret inimicũ, & tamẽ ex virgine, cuius conceptũ ſpũs non caro, fides nõ libido puenit, nec interfuit carnis concupiſcentia qua cæteri concipiunẽ, qui originale trahunt pctm̃: ſed credendo, non cõcubendo fctã eſt fœcundata virginitas. Ex his apte oñdiẽ, & alium & aliunde hominẽ deum aſſumere potuiſſe.

Si deus aliũ hominẽ aſſumere potuit: vel aliũde ꝙ de gñe Ade.

J dem.

Si hō ille potuit peccare vel nō eſſe deus.

Ideo non immerito quærit. Vtrum homo ille potuerit peccare vel non eſſe deus. Si eñ potuit peccare, & potuit damnari. Si potuit damnari, potuit non eſſe deus: ergo ſi potuit peccare potuit nō eſſe deus: qa eſſe deū & poſſe velle iniquitatū, ſil' eſſe nequeūt. Hic diſtinctione opus eſt, vtrū de perſona an de natura agit. Si eñ de pſona agit manifeſtū eſt qa peccare non potuit, nec deus non eſſe potuit. Si vero de natura diſcutiendū eſt vtrū agat de ea vt verbo vnita, an de ea tanq̄ non vnita verbo, & tamē enti, ideſt an de ea ſecundū q̄ fuit vnita verbo, an de ea ſecundū q̄ eſſe potuit & non vnita verbo. Non eſt eñ ambiguū animā illā entē vnitam verbo peccare nō poſſe, & eſt ſine ambiguitate verum eandem ſi eſſet & non vnita verbo, poſſet peccare.

Quorundam opinio q̄ potuerit etiam vnita peccāe

Quidā tamē ꝓbare conant etiā eam vnitā verbo poſſe peccare quia liberū arbitriū habet, & ita pōt flecti in vtrāq; partem, quod friuolū eſt, cum & angeli liberū arbitriū habeant, & tamē gratia a deo ſunt confirmati, vt peccare nequeant. Quanto magis ergo ille hō cui ſpūs eſt datus ſine mēſura. Inducūt quoq; actatē ad ꝓbandū idē. Scriptū eſt eñ in lib. Sap. Qui potuit trāſgredi & non eſt trāſgreſſus, facere malū & nō fecit. Sed hoc accipiendū eſt ſcd'm mēbra, vel ptim de capite, ptim de mēbris. De capite, nō ē trāſgreſſus & non fecit malū. De mēbris potuit trāſgredi, & facere malū.

Eccli. 32.

Si deus potuerit aſſumere hominē in ſexu muliebri.

Solet etiā quæri, quāuis curioſe a nonnullis, ſi deus humanam naturā potuit aſſumere ſecundū muliebrē ſexū. Quidā arbitrant, eum potuiſſe aſſumere hominē in fœmineo ſexu, vt aſſumpſit in virili. Sed oportunius atq; cōuenientius factū eſt, vt de fœmina naſceretur, & virum aſſumeret, vt ita vtriuſq; ſexus liberatio oſtēderet. Vñ Aug. in lib. 83. q. Hominis liberatio in vtroq; ſexu debuit apparere, ergo quia virum oportebat ſuſcipere, qui ſexus honorabilior eſt, conſequēs erat, & fœminei ſexus liberatio. Hinc ap-

paret, qa ille vir de fœmina natus ē. Sapīa ergo dei q̄ dicit̄ vnigenitus filius homine ſuſcepto in vtero, & de vtero virginis liberationem hominis indicauit.

## DISTINCTIO XIII.

Si Chriſtus ſecundū naturam hominis in ſapientia & gratia proficere potuit vel profecit.

Quō verbi ſeu chr̄i incarnatio ordinatur ad noſtrā redēptioneꝫ quantum ad plenitudineꝫ gratie ⁊ ſapientie ſimul.

PReterea ſciendū eſt Chrm̄ ſecundū hominē ab ipſa cōceptione gratiæ plenitudinē recepiſſe, cui ſpūs datus ē non ad menſurā, in quo plenitudo diuinitatis corpalit̄ habitat. Ita vero habitat: vt ait Aug. ad Dardanū, ꝙ omni gratia plenus eſt. Non ita habitat in ſanctis. Vt in noſtro corpe ineſt ſenſus ſingulis membris, ſed nō quantū in capite. Ibi em̄ & viſus eſt & auditus, & olfatus & guſtus & tactus: in cæteris aūt ſolus eſt tactus. Ita in chrō habitationis plenitudo diuinitatis, qa ille eſt caput in quo ſunt omnes ſenſus. In ſanctis vero quaſi ſolus eſt factus, q̄bus datus eſt ſpiritus ad menſurā, cum de illius plenitudine acceperunt. Acceperūt aūt de illius plenitudine non ſecundum eſſentiā ſed ſecundū ſimilitudinē, qa nunq̄ illā eandē eñtialit̄, ſed ſimilem acceperunt gratiā. Puer ergo ille plenus ſapiētia & gratia fuit ab ipſa conceptione. Vnde Hiere. recte dicit: Nouū faciet dñs ſuper terrā, mulier circūdabit virū, qa in vtero virginis pfectus vir extitit, non ſolum propter animā & carnem, ſed etiā propter ſapientiā & gratiam qua plenus erat.

Quō dicitur plenitudo diuinitatis habitare in chr̄iſto.

Quō intelligat̄ de eius plenitudine accepimus.

Hiere. 31.

Huic aūt ſententię videt̄ obuiare, qđ in Luce euangelio legitur. Ieſus ꝓficiebat ſapiencia & ætate & gratia apud deum & hoīes. Si em̄ ꝓficiebat ſapientia & gratia, nō videt̄ a conceptione habuiſſe plenitudinē gratiæ ſine menſura. Ad quod ſane dici pōt, ipm̄ ſecundū hominē tantā a conceptione accepiſſe ſapientiæ & gratiæ plenitudinē, vt deus ei plenius cōferre non potuerit, & tamē vere

Auctoritatē ponit que videt̄ obuiare.

Determinatio auctoritatis.

dicit̄ ꝓfeciſſe ſapientia & gratia, non quidē in ſe ſed in aliis qui de eius ſapiētia & gratia ꝓficiebant, dū eis ſapientiæ & gratiæ munera ſecundū ꝓceſſum ætatis magis ac magis patefaciebat. Vn̄ Gregorius in quadā homel' ait. Iuxta hominis naturam ꝓficiebat ſapientia, non ꝙ ipſe ſapientior eſſet ex tp̄e, qui a prima conceptionis hora ſpū ſapientiæ plenus ꝑmanebat, ſed eandem qua plenus erat ſapientiā cęteris ex tp̄e paulatim dēmōſtrabat. Iuxta hoīs naturā ꝓficiebat ętate de infantia ad iuuētutē. Iuxta hominis naturā ꝓficiebat gratia, non ipſe quod nō habebat per acceſſum temporis accipiēdo, ſed pandēndo donū gratiæ quod habebat. Apud deum & hoīes ꝓficiebat: q̄a quantum proficiente ætate patefaciebat hominibus dona gratiæ, quæ ſibi inerāt & ſapientiæ, tm̄ eos ad laudē dei excitabat, & ſic deo patri ad laudē dei, & hoībus ad ſalutē ꝓficiebat. In Aliis ergo non in ſe ꝓficiebat ſapiētia & gratia. Vn̄ in eodē euangelio: puer ille ſapientia plenus & gratia phibet̄. Sic ergo dicit̄ ꝓfeciſſe ſapiētia & gratia, vt aliqs rector eccl'iaſticus dr̄ ꝓficere in cura ſibi tradita cū ꝑ eius induſtriā alii ꝓficiūt.

Prędict̄ videt̄ aduerſari quod Ambroſius ait.

Alibi tamen ſcriptum reperitur ꝙ ſecundum ſenſum hominis ꝓfecerit ſicut ætate hominis profecit, Ait em̄ Ambro. in lib. 3. de ſpū ſcto ſic. Deus ꝑfectionem naturæ ſuſcepit humanæ; Suſcepit ſenſum hoīs, ſed non ſenſu carnis fuit inflatus. Senſu hoīs animā dixit cōturbatā: ſenſu hominis eſuriuit & rogauit: ſenſu hominis ꝓfecit: ſicut ſcriptū eſt. Ieſus ꝓficiebat ætate & ſapientia & gratia.

Luce. 2.

Quō ꝓficiebat ſapientia dei? Profectus ætatis, & ꝓfectus ſapienci ę non diuinæ ſed humanæ naturæ eſt. Ideo ætatē cōmemorauit vt ſecundum hominē crederes dictū. Etas em̄ non diuinitatis: ſed corpis eſt. Ergo ſi ꝓficiebat ætate hominis, ꝓficiebat ſapientia hominis. Senſus aūt hominis fecit: q̄a ſenſus: ideo ſapientia. Quis ſenſus ꝓficiebat? Si humanus, ergo ipſe ꝑ incrementū ſuſceptus eſt.

De duobus ſenſibus chri ſeu gemina ſapientia.

Si diuinus, ergo mutabilis profectũ. Quod eñ proficit mutat̃ in melius, ſed quod diuinũ eſt non mutatur. Quod ergo mutat̃ nõ eſt diuinũ. Senſus ergo ꝓficiebat humanus. Senſum ergo ſuſcepit humanũ. Nec poterat confortari virtus dei, nec creſcere deus, nec altitudo ſapientia dei impleri. Quæ ergo implebat̃ non erat dei, ſed non noſtra ſapientia. Nam quõ implebat̃, qui vt omnia impleret deſcendit. Per quem aũt ſenſum dixit Eſaias ꝙ patrẽ neſciebat puer aut matrẽ? Scriptũ eſt eñ. Priuſq̃ ſciat puer vocare patrem aut matrẽ accipiet ſpolia ſamariæ. Sapientiã eñ dei futura & occulta non fallũt. Expers aut agnitiõis infantia, per humanã vtiq̃ imprudentiã, quod adhuc non didicit ignorat. Sed verendum eſt inq̃, ne ſi duos principales ſenſus, aut geminã ſapientiã chrõ tribuamus, chriſtũ diuidamus. Nunquid cum & diuinitatẽ eius & carnẽ adoramus, chriſtum diuidimus? Nunq̃d cũ in eo imaginẽ dei crucẽq̃ veneramur, diuidimus eum? Ap̃lus certe qui de eo dixit; q̃m & ſi crucifixus eſt ex infirmitate noſtra, viuit tamẽ ex virtute dei, ipſe dixit quia non diuiſus eſt chrũs. Nunquid etiã cum dicimus; q̃a animã rõnalem & intellectus noſtri ſuſcepit capacẽ, diuidimus eum? Non eñ ipſe deus verbũ pro anima rõnali & intellectus capaci in carne ſua fuit, ſed animã rõnalẽ & intellectus noſtri capacem; & ipſam humanam & eiuſdem ſubſtantiæ cuius noſtræ ſunt animæ, & carnem noſtræ ſimilem, eiuſdemq̃ cuius caro eſt noſtræ ſubſtantiæ ſuſcipiens ꝑfectus etiã homo fuit.

Epħ. 4.

Eſa. 8.

2. Coꝛ. 13.

1. Coꝛ. 1.

Hæc verba Ambro. pia diligentia inſpicienda ſunt, quæ ex p̃te hoĩs ignorantiã inſtruũt & illuminãt, ex p̃te errãdi fomitẽ male intellecta miniſtrãt. His & eñ euidenter tradit̃ duos in chriſto eſſe principales ſenſus, ſiue geminã ſapientiã, Neq̃ ideo vnitas & ſingularitas pſonæ diuidit̃. Sed iuxta duas naturas, duas habet ſapientias, vnã non creatã ſed genitã quæ ipſe eſt; alterã, non genitam

De intelligẽtia pmiſſorũ verboꝝ.

De gemina Chꝛiſti ſapientia genita & creata.

Eſaie.11. ſed creatã, & per gratiã ei collatã. Nam Eſaias de eo ꝓteſtaẽ. Re-
quieſcet ſup eũ ſpũs ſapientiæ & intellectus. Spũm ergo ſapientię
& intellectus.i. ſapientia & intelligentia per ſpũm .s. gratis data,
Chrũs erat ſapiens ſecundũ animũ. Secũdũ deũ vero ſapiens erat
ſapientia æterna, quæ deus eſt. & ſicut inquantũ deus eſt bonus
eſt, bonitate naturali quæ ipſe eſt, & iuſtus iuſtitia naturali, quæ
ipſe eſt: ita ſapiẽs ſapiẽtia naturali quæ ipſe eſt. Anima vero eius
ſicut bona eſt, & iuſta bonitate vel iuſtitia gratis data quę ipſe vel
ipſa non eſt, ita eſt ſapiẽs ſapiẽtia gratis data quæ ipſa non eſt. Et
Et licet gemina in chriſto ſit ſapiẽtia, vna tamẽ eadẽq́ perſona eſt
quæ inquantũ deus eſt: & inquantũ natura diuina eſt, ſapiens eſt
ſapientia ingenita .ſ. ſapientia æterna quæ eſt pater, & ſapientia q̃
non eſt ingenita, quæ cõis eſt tribus pſonis, non tamẽ gemina ſa-
piẽtia, quia non eſt alia & alia ſapiẽtia: ſapientia ingenita, quæ tm̃
filius eſt & ſapientia, que cõiter pater eſt & filius & ſpũs ſctũs. In-
quantũ vero eadẽ pſona eſt homo .i. ſecundũ hominẽ acceptũ vel
inquantũ eſt ſubſiſtẽs ex anima & carne, ſapiens eſt ſapientia gra-
tuita. Sapiens ergo eſt humano ſenſu & diuino:

Quõ intelligendũ ſit illud: ſenſus ꝓficiebat humanus. Sed ex qua cauſa illius dicti intelligẽtia .ſ. ſenſus ꝓficiebat hu-
manus aſſumẽda eſt? Aperte eñ videẽ Ambro. innuere ꝙ ſcd'm
humanũ ſenſum chrũs ꝓfecerit, & ꝙ infantia eius expers cogniti-
onis fuerit, & patrẽ & matrẽ ignorauerit, quod nec eccleſia reci-
pit, nec p̃miſſę auctoritates paciuntur ſic intelligi. Sed ita ſane põt
accipi, vt quantũ ad viſum hominũ & ſui ſenſus oſtẽſionẽ chrũs
ꝓfeciſſe dicaẽ. Proficiebat ergo humanus ſenſus in eo ſecundũ oñ-
ſionẽ & aliorũ hoĩm opinionem. Ita etiã patrẽ & matrẽ diciẽ igno-
raſſe in infantia, q̃a ita ſe hẽbat & gerebat ac ſi agnitiõis exps eſſet.

Quomodo verbi seu christi incarnatio ordinat̃ ad noſtram redemptionẽ, quantũ ad plenitudinẽ ſcientiæ ſpecialiter.

Si aĩa chri-ſti habuerit ſapientiã parẽ cum deo & ſi oĩa ſciat q̃ deus.

HIc quæri opus eſt, cũ anima chriſti eſſet ſapiens ſapientia gratuita, vtrũ habuerit ſapientiã æqualẽ deo ſiue oĩm rerũ ſciam habuerit vel habeat .i. vtrũ omnia ſciat quæ deus ſcit. Quibuſdã placet ꝙ nec parẽ cũ deo habeat ſciam, nec omnia ſciat quæ deus, q̃a in nullo creatura æquat̃ creatori. Cum ergo anima illa creatura ſit, in nullo æquat̃ creatori: ergo nec in ſapientia. Non ergo habet æqualẽ cum deo ſapiam, nec ſcit omnia quæ deus. Item ſi anima illa æqualẽ habet cum deo ſapiam, non ergo deus in omni bono maiorẽ habet ſufficientiã q̃ eius creatura. Inducũt etiã auctates ad idẽ ꝓbandũ. Ait enĩ ꝓpheta ex pſona hoĩs aſſumpti. Mirabilis facta eſt ſcia tua ex me, & non potero ad eã. Qđ exponẽs Caſiodo. ait. Veritas humanę condicióis oñdit̃, quia aſſumptus hõ diuinæ ſubſtãtiæ non põt æquari, vel in ſciẽtia vel in alio. Apoſt. etiã ait: Nemo nouit quæ ſunt dei niſi ſpũs dei, qui ſolus ſcrutat̃ omnia etiã pfunda dei. His alijſq; pluribus rõnibus & auctibus vtunt̃, qui animã chriſti aſſerunt, nec parẽ cũ deo habere ſciẽtiã, nec omnia ſcire quæ deus ſcit. Quia ſi omnia ſcit quæ deus, ſcit ergo creare mundũ, ſcit etiã creare ſeipſam.

Opinio quorundam.

Ps. 138.

1. Cor. 2.

Rñſio q̃ðnis diffinitiuã cõtinẽs ſñiam.

Quibus rñdẽtes dicimus animã chriſti per ſapientiã gratis datã in verbo dei cui vnita eſt, quod etiã pfecte intelligit omnia ſcire q̃ deus ſcit, ſed non omnia poſſe quæ põt deus, nec ita clare & perſpicue omnia capit vt deus, & ideo non æquat̃ creatori ſuo in ſcia, & ſi omnia ſciat quæ & ipſe, nec eſt eius ſapia ęqualis ſapiẽtię dei, quia illa multo eſt dignior, digniuſq; & pfectius omnia capit, q̃ illius animę ſapiẽtia, ergo & in ſcientia maiorẽ habet ſufficientiã deus q̃ anima illa quæ dignior eſt omni creatura. Illud vero apoſtoli

quod inducūt. Nemo nouit quæ dei ſunt, niſi ſpūs dei qui ſolus
1. Corint. 2. ſcrutatꝰ omnia, pro nobis facit. Mox em̄ addidit apoſt. Nos autē
ſpm̄ dei habemus, vt per ſpm̄ dei quē habebat ꝓfunda ſe ſcire oñ-
deret. Sed anima illa præ omnibus ſpm̄ dei habuit, cui ſpūs nō eſt
datus ad menſurā: vt ait Ioan. euangeliſta. Dona ergo ſpūs ſcti ſi-
ue menſura habuit, ergo & ſapientiā. Omnia ergo ſciuit anima il-
la. Si em̄ quædā ſciuit, quędā non, non ſine menſura ſciam habu-
it. Sed ſine menſura ſciam habuit: ſcit ergo omnia. Fulgentius etiā
in ſermone quodā multa inducit, quibus aſſerit animā illā rerū om
Collo. 2. niū ſciam habere, vtens auctate apſi dicentis: In quo ſunt oēs the-
ſauri ſapiētiæ & ſcientiæ abſconditi. Quod etiā ratiōe pōt probari
ſic: Nihil ſcit aliquis quod eius anima ignorat. Sed Chrūs ſcd'm
omniū cōceſſionē oīa ſcit, ergo anima eius omnia ſcit. Ad id vero
quod dicūt, ſi omnia ſcit, ergo ſcit creare mundū vel ſeipſam: r̄nde-
mus, ꝙ ſciam habet mundū creandi, ſed non potentiā & creandi
animā: & ſcit quomodo deus ſeipſam creauit: Habet ergo ſcientiā
ſui creatę ſed non ſui creandę, q̄a non eſt creanda ſed creata.

Quare deus non dedit ei potentiā oīum vt ſciam. Si vero quærit: quare deus non dederit ei potētiā faciendi om-
nia, vt ſciam? r̄nderi pōt, quia naturalit capax eſt ſcientiæ: & ideo
id congrue ei datū eſt ſine menſura, cuius ipſa naturalit capax eſt.
Non eſt aūt ei datū poſſe omnia facere quæ deus facit: ne omni-
potens: & per hoc deus putaretꝰ. Verūtamē forte nec potētiam fa
ciendi omnia ei deus p̄ſtare potuit, & ſi potentiā faciendi, aliqua q̄
non facere pōt. Scit ergo anima Chri omnia quæ deus ſcit in ver-
bo dei, quod liquidius & p̄ſentius omni creatura cōtemplatꝰ, vt ei
vnita, in q̄ etiā angeli, & q̄ dei ſunt, & q̄ futura ſunt cognoſcunt.

Quō intelligēda ſint q̄dā verba am bro. ſup Lu. Luce. 1. Sed ſi illa anima nō habet tantā potentiā, quantā & deus, nec
homo aſſumptus tantā potentiā quantā deus: quō ergo intelligit
illud Ambro. ſup Lucā, vbi angelus de naſcituro filio virginis ait:

Hic erit magnus & filius altiſſimi vocabitur. Non ideo inquit erit magnus, ꝙ ante partū virginis magnus non fuerit, ſed quia potentiā quā dei filius naturaliter habet, homo erat ex tp̄e accepturus, vt vna ſit pſona hō & deus. Ecce apte dicit ꝙ homo erat accepturus ex tp̄e potentiā, quā dei filius habuit naturalr̄. Sed ſi homo accepturus erat illā potentiā, ergo vel pſona vel natura hoīs. Sed pſona non, quia ſemper habuit & habet, ergo natura. Si natura, ergo anima. Nam de carne cōſtat ꝙ accipere non poſſet. Ad quod dicimus illud eſſe accipiendū de pſona, ſed non inquantū eſt dei, imo inquantū eſt pſona hominis. Vna eſt em̄ pſona dei & hominis & filij dei, & filij hoīs, quę inquantū dei pſona eſt ſemper & naturaliter omnipotentiā habuit, ſed inquantū eſt hominis, non ſp fuit. Illa ergo pſona quæ ſemp fuerat dei, futura erat hominis pſona, & ſecundū hoc futura erat hominis perſona, acceptura erat ex tempe potentiā, quā naturaliter & ſp habuerat inquātū de pſona. Secūdū hanc diſtinctionē illud & ſimilia ſane pn̄t accipi. Quæ diſtinctio in pluribus quōnū articulis eſt nec̄ia aduerſus quorūdā pplexam verboſitatē. Sed cū de rebus cōſtat ꝟbis fruſtra habet̄ cōtrouerſia. Luce. i.

## DISTINCTIO XV.

Quomodo verbi incarnatio ordinatur ad noſtram redemptionem quantum ad effectum paſſibilitatis in generali.

De hoīs defectib⁹ quos aſſūpſit chriſtus in humana natura.

ILlud quoq; prætermittendū non eſt, ꝙ dei filius naturā hoīs accepit paſſibilē, animā paſſibilē carnem paſſibilē & mortalē. Vt em̄ ꝓbaret̄ verū corpus habere, ſuſcepit defectus corpis, famē, ſitim & huiuſmodi. Et vt verā animā probaret̄ habere, ſuſcepit defectus aīæ .ſ. triſtitiā, timorē, dolorē & huiuſmodi. Omnis autē ſenſus animę eſt. Non em̄ caro ſentit ſed anima vtens corpe velut inſtrumēto. Vn̄ Augu. ſuper Gen̄. in libro 12. Cap. 25. Non corpus ſentit, ſed anima per corpus quo velut nuncio vtitur

ad confirmandũ in ſeipſa, quod extrinſecus nunciatur. Sicut ergo anima quod foris eſt per corpus tanq̃ per inſtrumentũ videt vel audit: ita etiã per corpꝰ quædã ſentit mala, quæ ſine corpe nõ ſentiret, vt famẽ & ſitim & huiuſmodi. Vnde nõ immerito defectus corpis dicunt̃. Quædã aũt nõ per corpus, immo etiã ſine corpore ſentit, vt eſt timor & huiuſmodi. Sentit ergo anima dolores ſed quoſdã per inſtrumẽtum corpis: quoſdã vero non. Suſcepit autẽ chrũs ſicut vera natura hominis, ita & veros defectus hoĩs, ſed nõ omnes. Aſſumpſit eñ defectus pœnę, ſed non culpæ, nec tamen omnes defectus pœnę, ſed eos oẽs quos homini eũ aſſumere expediebat, & ſue dignitati non derogabat. Sicut eñ ꝓpter hominem homo factus eſt, ita ꝓpter eũ hominis defectus ſuſcepit. Suſcepit eñ de nr̃o, vt de ſuo nobis tribueret, vt noſtrũ tolleret defectum. Suſcepit eñ noſtram vetuſtatem, vt ſuam nobis infunderet nouitatem. Simplam ille accepit vetuſtatẽ. i. pœnę, vt noſtram duplam conſumeret. ideſt pœnæ & culpę.

Aug. in lib. octri. de hominis defectibus quos aſſũpſit chriſtus in humana natura.

Qualit accipiendũ ſit illud quod ait Leo papa.

Tradit auctoritas, ꝙ dñs noſter in ſe ſuſcepit omnia infirmitatis noſtrę, p̃ter pctm̃, quod niſi accipiat̃ de illis tantũ, quæ eum ſumere pro nobis oportuit nec dedecuit, falſum eſſe ꝓbabit̃. Non eñ aſſumpſit ignorantiã aliquam, cum ſit ignorantia quædã quæ defectus eſt nec pctm̃ eſt. ſ. ignorantia inuincibilis. Nam vincibilis pctm̃ eſt. Si tamẽ de his eſt quæ nobis expedit ſcire: Sunt eñ quædã quorũ ſcientia non affert vel ignorantia non impedit ſalutem: & forte taliũ rerũ ignorantia defectus non eſt. Conſtat autẽ nobis eſſe ignorantiã atq; difficultatẽ volendi vel faciẽdi bonum, quæ ad miſeriã noſtrã ptinent. Vñ Aug. in lib. 3. de libero arbitrio. Approbare inquit falſa pro veris, vt erret inuitus, & reſiſtẽte atq; torquente dolore carnalis vinculi non poſſe a libidinoſis opibus tẽperare, non eſt natura inſtituti hominis, ſed pœna damnati. Ex q̃.

miſeria peccātibus iuſtiſſime inflicta liberat dei gratia, q̄a ſpōte hō libero arbitrio cadere potuit, non ēt ſurgere ad quā miſeriā ptinet ignorantia & difficultas, quam patit̄ omnis hō ab exordio natiuitatis ſuæ: nec ab iſto malo quiſq̄ niſi gratia dei liberat̄. Ecce euidenter dicit hic Aug. ignorantiam qua quis inuitus falſa pro veris approbat, & difficultatē qua non poteſt ſe tempare a malo ad miſeriam noſtrā pertinere, & pœnā eſſe hoīs. Hoc aūt Chrūs nō habuit. Nō ergo accepit oēs defectus noſtrę infirmitatis p̄ter pctm̄.

Sed forte aliquis dicet illa eſſe pctm̄. Cui obuiat illud qd' Aug. tradere videt̄ hoc .ſ. deū inculpabiliter an̄ pctm̄ in exordio conditionis hoī potuiſſe indere, vt eſſent ei naturalia: ita in lib. retracta. inquiens. Ignorantia & difficultas etiā ſi eſſent hoīs primordia naturalia, nec ſic eſſet culpandus deus, ſed laudandus. Sed ſi hæc hō in primordio naturaliter habuiſſet, nunq̄d eſſent in eo defectus & pœnæ? Si defectus vel pœna ei indita fuiſſet an̄ pctm̄, iniuſte cū eo agi videret̄, ſi an̄ culpā ſentiret pœnam. Ob hoc ſane dicimus, illa nō fuiſſe defectus vel pœnas, ſi naturalit̄ homini infuiſſent: ſicut non fuit homini ante pctm̄ nondū gratiā adepto defectus ſiue pœna non poſſe ꝓficere. Sed poſtq̄ gratiā recepit per quā ꝓficere potuit & ad tpus ꝓfecit, eamq̄ culpa ſua poſt amiſit, ſimulq̄ ꝓficiendi facultatē pdidit: defectus fuit ei, & pœna nō poſſe ꝓficere ſ. malum declinare & bonū facere. Omnes ergo defectus noſtros ſuſcepit chrūs, preter peccatū quos ei cōueniebat ſuſcipe, & nobis expediebat. Sunt em̄ plura egritudinū gn̄a & corpis vitia, a quibus omnino immunis extitit. Quos em̄ defectus habuit, vel ad oñſionē vere humanitatis vt timorē & triſtitiā, vel adimpletionē operis ad quod venerat, vt paſſibilitatē & mortalitatē: vel ab immortalitatis deſpatione ſpem noſtrā erigendā vt mortem ſuſcepit. Hos aūt defectus nō cōditionis ſuæ neceſſitate, ſed miſeratiōis vo-

Quod ignorantia talis & difficultas non ſit pctm̄

Quia ſola volũtate hos defectus ſuſcepit: nõ neceſſitate cõditionis. Rom. 8.

luntate ſuſcepit. Veros quidẽ habuit defectus ſicut & nos, ſed nõ eadẽ ex cauſa. Nos em̃ ex pctõ originali hos defectus contrahimus, ſicut apoſto. inſinuat dicẽs. Corpus quidẽ ꝑpter pctm̃ mortuũ eſt.i.neceſſitatẽ moriẽdi habet in ſe. Chrũs aũt non ex peccato huiumõi habuit defectus: q̃a ſine pctõ eſt cõceptus & natus, & in terris cõuerſatus. Sed ex ſola miſerationis volũtate de noſtro in ſe tranſtulit verã infirmitatẽ ſicut accepit verã carnẽ, quã ſine omni infirmitate aſſumere potuit, ſicut abſq; culpa eandẽ ſuſcepit.

Auctatibus probat chrm̃ ſm hominem vere dolores ſenſiſſe & timuiſſe cõtra quoſdã hoc negantes. Eſa. 53.

Sed quia nonnulli de ſenſu in paſſione humanitatis chriſti male ſenſiſſe inueniunť, aſſerentes ſimilitudinẽ atq; imaginẽ paſſionis & doloris Chrm̃ hominẽ pertuliſſe, ſed nullũ omnino dolorẽ vel paſſionẽ ſenſiſſe. Auctatum teſtimonijs eos cõuincentes indubitabile faciamus, quod ſupra diximus. Propheta Eſa. dicit. Vere languores noſtros ipſe tulit: & dolores noſtros ip̃e portauit. Et veritas ipſa in euangelio ait: Triſtis eſt anima mea vſq; ad mortẽ, vbi etiã legitur: Cœpit Ieſus pauere & tedere. Propheta etiã ex pſona chriſti ait. Repleta eſt malis anima mea. Quod exponẽs Aug. inquit: Non vitijs & peccatis, ſed humanis malis.i. doloribus repleta fuit anima chriſti, quibus ipſa cõpatiť carni. Non em̃ dolor copis põt eſſe ſine anima. Dolere aũt anima etiã non dolẽte corpe põt. Hos aũt humane infirmitatis affectus ſicut ipſam carnẽ ac mortẽ non humane cõditionis neceſſitate, ſed miſeratiõis voluntate ſuſcepit. Amb. etiã in lib. 3. de tri. ait: Scriptũ eſt. Pater ſi poſſibile eſt trãſeat a me calix iſte. Timet ergo Chrũs, & dum Petrus non timet, chrũs timet. Petrus dixit animã meã ponã pro te. Chrũs dicit: Aĩa mea turbatur: vtrũq; verũ eſt & rõnis plenũ, q & ille qui eſt inferior non timet: & ille qui ſupior eſt gerit timẽtis affectũ. Idem in eodẽ: Vt homo turbať, vt homo flet, vt hõ crucifigiť, per naturã hominis, & tediauit & reſurrexit. Non turbatur eius virtus. Non

Marci. 14. Pſ. 87.

Math. 26.

Ioan. 12. Ioan. 11.

turbaƭ eius diuinitas, ſed turbaƭ anima, ſcđ'm humane fragilitatis aſſumptionē. Nam qui ſuſcepit animā, ſuſcepit etiā animę paſſionem. Non em̄ eo ꝙ deus erat aut turbari aut mori poſſet. Idem in eodē. Suſcepit triſtitiā meam & cōfidenter: triſtitiam nomino qui crucē p̄dico. Vt hō habuit triſtitiā quā meo ſuſcepit affectu, mihi compatiƭ, mihi triſtis eſt, mihi dolet, ergo pro me & in me doluit: qui pro ſe nihil habuit quod doleret. Doles igiƭ dn̄e Ieſu vulnera mea non tua, q̄a tu non pro te, ſed pro me doles. Hiero. quoq; in explanatione fidei ait: Nos ita dicimus hominē paſſibilē a dei filio ſuſceptū, vt deitas impaſſibilis ꝑmaneret. Paſſus eſt em̄ filius dei, non putatiue, ſed vere omnia quæ de illo ſcriptura teſtaƭ, ſcđ'm illud ꝙ pati poterat .ſ. ſcđ'm ſubſtantiā aſſumptā. Licet ergo pſona filij ſuſcepit paſſibilē hominē, ita tn̄ eius habitatiōe ſcđ'm ſubſtantiā ſuā nil paſſa eſt, vt tota trinitas quā impaſſibilē neceſſe eſt confiteri. His alijſq; auctatibus pſpicuū fit chriſtū vere paſſibilē aſſum pſiſſe hominē, atq; in eo defectus noſtre infirmitatis ſuſcepiſſe, ſed voluntate non neceſſitatis conditione.

Quædā tn̄ reperiunƭ in ſanctorū tractatibus, quæ præmiſſis aduerſari videnƭ. Nam ſup illū locū pſal. Clamabo & non exaudies. Aug. tradē videƭ, Chrm̄ nec vere timuiſſe, nec vere triſtatū eſſe dicēs ſic: Quō hoc dicit. Qui peccatū non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius, ſed de nobis corꝑe ſuo hoc dicit: Corporis em̄ ſui .i. eccleſiæ gerebat perſonā: ſicut & alibi cum dixit: Tranſeat a me calix iſte pro nobis loquitur, niſi forte puteƭ timuiſſe mori: ſed non vere timebat dn̄s pati tertia die reſurrecturus: cū arderet Paulus diſſolui & eſſe cū chrō. Non em̄ fortior eſt miles q̄ imperator. Miles em̄ coronādus gaudet mori, & dn̄s coronaturus timet mortem. Sed infirmitatē noſtrā repreſentans ꝓ ſuis infirmis qui timēt mori hæc dixit: Vox illorum erat. Hieronymus etiam ait: Eru-

Hic ponit q̄ pdictis aduerſari vidētur.
Ps. 21.
1. petri 2.
Eſa. 53.
Math. 26.
Phil. 1.
Sup euangelium.

Math. 26. beſcant qui putant ſaluatorem timuiſſe mortem & paſſionis pauore dixiſſe, tranſeat a me calix iſte.

Determinatio auctoritatum.

Ne aũt in ſacris literis aliqua aduerſa diuerſitas eſſe putet̃, harũ auctatũ verba in hunc modũ accipienda dicimus: vt nõ veritatẽ timoris & triſtitiæ, vel ꝓpaſſionẽ, ſed timoris & triſtitiæ neceſſitatẽ & paſſionẽ a chrõ remouiſſe intelligant̃. Habuit eñ chrũs verũ timorẽ & triſtitiã in natura hoĩs, ſed nõ ſicut nos qui ſumus mẽbra eius. Nos eñ cauſa peccati noſtri his defectibus nec̃io ſubiacemus & in nobis ſunt iſti defectus ſecundũ ꝓpaſſionẽ & paſſionẽ, ſed in chrõ nõ niſi ſecundũ ꝓpaſſionẽ. Sicut eñ in peccatis gradus quidam notant̃ ꝓpaſſio & paſſio, ita & in his penalibus affectibus. Afficit̃ eñ quis interdũ timore vel triſtitia, ita vt mentis intellectus non inde moueat̃ a rectitudine vel dei cõtemplatione, & tunc ꝓpaſſio eſt. Aliquãdo vero mouetur & turbatur, & tunc paſſio eſt, Chrũs vero non fuit ita turbatus in anima timore vel triſtitia: vt a rectitudine, vel dei cõtemplatione aliquatenus declinaret, ſecundũ quẽ modũ intelligit̃ cũ dicit̃, vel timuiſſe vel triſtis fuiſſe. Vñ Hieronymus, ſuꝑ Math. vbi legit̃: Cœpit cõtriſtari & mœſtus eſſe. Vt veritatẽ inquit ꝓbaret aſſumpti hominis vere cõtriſtatus eſt, ſed non paſſio eius dñat̃ animo, verũ ꝓpaſſio eſt. Vñ ait: Cœpit cõtriſtari: aliud eſt eñ cõtriſtari: aliud incipe contriſtari. Quod ẽ alit̃ cõtriſtat̃ qs ꝑ ꝓpaſſionẽ alit̃ ꝑ paſſionẽ. Ideoq; ſcd'm hãc diſtinctionẽ aliqñ dicit̃ Chrũs nõ vere timuiſſe: aliqñ vere timuiſſe, quia verũ timorẽ habuit, & triſtitiã, ſed non ſcd'm paſſionẽ, neq; ex neceſſitate cõditionis. Vñ Aug. ex his cauſis volens aſſumi dictorũ intelligentiã, dicit Chrm̃ non vere timuiſſe, vel triſtatũ eſſe: & incõtinenti verã triſtitiã habuiſſe. His verbis infirmos in ſe preſignans dñs ait: Pater ſi fieri põt tranſeat a me calix iſte. Nõ eñ vere timebat dñs pati, tertia die reſurrecturus: cũ arderet Paulus diſ-

Margin notes: De paſſione & ꝓpaſſione timoris & triſtitie. — Math. 26. — Sup. Joan. — Math. 26. — Phil. 1.

ſolui & eſſe cũ Chrõ. Iſte gaudet coronãdus, & triſtis eſt dñs coronaturus. Ecce hic vĩ triſtitiã & timorẽ a Chrõ remouere. Cõtinuo aũt ſubi unxit, ſed triſtitiã ſic aſſumpſit quõ carnem. Fuit eñi triſtis: ſicut euangeliũ dicit: Si eñi triſtis non fuit cũ euangeliſta dicat: Triſtis eſt anima mea. &c̃. ergo & qñ dicit dormiuit Ieſus, nõ dormiuit, vel qñ dicit mãducaſſe non mãducauit, & ita nihil ſanũ relinquiť, vt dicať etiã qa corp̃s non erat verũ. Quicq̃d ergo de illo ſcriptũ eſt, verũ eſt & factũ eſt. Ergo & triſtis fuit, ſed volũtate triſtitiã ſuſcepit verã, quõ voluntate carnem verã. Apte noſcis eundẽ ſibi in his verbis cõtradicere, niſi varias dictorũ diſcerneret cauſas, ex quibus intelligẽtia verborũ aſſumenda eſt. Si eñi diſcernať intelligẽtię cauſa p̃dictorũ verborũ nihil occurrit cõtradictiõis. Marci 14.

Verũ tñ magis mouent ac difficiliorem afferũt qõnem verba Hilarij, quibus videť tradere ictus & vulnera, & huiuſmodi, ſic in Chriſtũ incidiſſe, vt paſſionis dolorẽ non incuterent: ſicut telũ tractum, per aquã vel ignẽ vel aera ea facit, que & cum trahiť per corpa animata, qa p̃forat & cõpungit, non tñ dolorẽ ingerit: qa non ſunt ille res doloris capaces. Ita & corp̃s chriſti ſine ſenſu pœnę, vim pœnæ excepiſſe dicit: quia ſicut corpus noſtrũ, non habet talem naturã vt valeat calcare vndas: ita corp̃s Chriſti dicit nõ habuiſſe naturã noſtri doloris, qa non habuit naturã ad dolendũ. Ait eñi ſic, in. 10. lib de trini. Vnigenitus deus hominẽ verũ ſcd'm ſimilitudinẽ noſtri hoĩs non deficiẽs a ſe deo ſumpſit. In quo q̃uis aut ictus incideret, aut vulnus deſcenderet, aut nodi concurrerẽt: aut ſuſpenſio eleuaret: afferent quidem hæc impetũ paſſionis: non tamen paſſiõis dolorẽ inferrent, vt telũ aliquod aquã perforãs vel ignẽ cõpungens: vel aera vulnerans. Omnes quidẽ has paſſiões naturæ ſuę infert vt perforet: vt conpungat, vt vulneret, ſed naturam ſuã in hoc paſſio illata non retinet, dum in natura non eſt vel.

De quibuſdã Hilarij capitulis valde obſcuris que videnť cõmuni ſententie obuiare.

Hilarius.

aquam forari, vel pungi ignem, vel aera vulnerari, quãuis natura teli ſit, & vulnerare & cõpungere & forare. Paſſus quidẽ chrũs eſt dum cæditur, dum ſuſpendit̃, dum moritur, ſed in corpus irruens paſſio, necnon fuit paſſio, non tamen naturã paſſionis exercuit, dum & pœnali miniſterio pœna deſeuit, & virtus corpis ſine ſenſu pœnæ, vim pœnę in ſe deſeruientis excepit. Habuit ſane illud dñicum corpus doloris noſtri naturã. Si corpus noſtrũ id naturæ habet, vt calcet vndas & fluctus deſup eat, nec clauſę domus obſtaculis arceat̃. At vero ſi dñici corpis ſolum iſta natura ſit vt feratur in humidis, & ſiſtat in liquidis, & ſtructa trãſcurrat, qđ per naturã humani corpis carnẽ ex ſpiritu ſctõ cõceptã iudicamus? Caro illa de cœlis eſt, & homo ille de deo eſt, habens ad paciendum corpus & paſſus eſt. Sed naturã non habens ad dolendũ. Idem in eodem. Videamus an ille paſſionis ordo infirmitatem in dño doloris pmittat intelligi: dilatis em̃ cauſis ex quibus metum dño hęreſis aſcribit, res ipſas vt geſte ſunt conferamus. Nec em̃ fieri põt, vt timor eius ſignificet̃ in verbis, cuius fiducia cõtinuat̃ in factis. Timuiſſe ergo hęretico paſſionem videt̃. Sed ob ignorantię huius errorem Petrus & ſathanas & ſcandalũ eſt. An ne timuit mori, qui armatis obuius prodijt? & in corpe eius infirmitas fuit: ad cuius occurſum conſternata pſequentiũ agmina ſupinatis corpibus conciderunt? quã ergo infirmitatẽ dñatam huius corpis credis, cuius tantũ habuit natura virtutem? Sed forte dolorem vulnerũ timuit. Quem rogo o tu dñice infirmitatis aſſeſſor penetrantis carnẽ claui habuit terrorẽ, qui exciſam aurem ſolo reſtituit attactu? Producens hæc aurem manus clauum dolet, & ſentit vulnus, qui alteri dolorem vulneris non reliquit? Pungende carnis metu triſtis eſt, cuius attactu caro poſt cædem ſanatur? Idem. Collatis ergo dictorum geſtorũq; virtutibus demonſtrari non eſt ambiguũ in natura

corpis eius infirmitatē corporeę naturę non fuiſſe, & paſſionē illā licet corpi illata ſit, nō tñ naturā dolendi corpi intuliſſe, qa licet forma corpis noſtri eſſet in dño, nō tamen vitioſę infirmitatis noſtræ forma erat in corpe, quod ex cōceptu ſpūs ſancti virgo pgenuit, Audiſti lector verba Hilarij qbus dolorē excludere videt. Sed ſi excuſſa ſenſus, & impietatis hebetudine pmiſſis diligent intendas: atq ipſius ſcripturæ circumſtantiā inſpicias, dictorum rōnem atq virtutē pcipere vtcunq poteris, & intelligentiā arguere non attētabis. Intelligit em ea rōne dixiſſe dolorē paſſionis in chrm̄ non incidiſſe, & virtutem corporis chriſti ſibi excepiſſe vim pœnæ: ſine ſenſu pœnę, qa doloris cauſam & meritū in ſe non habuit. Qd videt notaſſe vbi ait: Non habens naturā ad dolendū. Et ideo nō iudicanda eſt caro illius ſecundū naturā noſtri corpis: nec in eo ēt dñium habuit paſſio, ita etiam non habuit naturā ad timendū vel triſtandum, qa non habuit talem naturā in qua eſſet cauſa timoris vel triſtitiæ. Itaq neceſſitas timendi nō fuit in eo ſicut eſt in nobis. Nec natura doloris fuit in eo ſicut eſt in nobis. Triſtitiam tamen in eo fuiſſe conſequent aſſerit, ſed cauſam eius extitiſſe, non ſuam mortē, ſed defectū Petri & aliorū apoſto. Dicit em Chrūm non pter mortē, ſed vſq ad mortē triſtē fuiſſe. His verbis. Interrogo, quid ſit chrm̄ triſtem eſſe vſq ad mortē, & triſtē eſſe pter mortē? Non em eiuſdem ſignificatiōis eſt triſtē eſſe pter mortem: & vſq ad mortē. Quia vbi pter mortē triſtitia eſt, illic mors cauſa triſtitię eſt. Vbi vero triſtitia vſq ad mortē eſt, mors non triſtitię cauſa eſt ſed finis. A deo aūt nō pter mortē ſuſcepta eſt triſtitia: vt ſit deſtituta per mortem. Non ergo ſibi triſtis eſt, ſed illis qui in ſcandalo per infirmitatem carnis erant futuri: quos monet orare ne inducantur in tentationem, q añ polliciti erant ſe nō ſcādalizari

De triſtia Chriſti & ei9 cauſa ſecundū eundē.

## An in Chriſto fuerit neceſſitas patiendi & moriendi quæ eſt defectus generalis.

Quō verbi ſeu chriſti in carnatio ordinat̄ ad noſtrā redēptionē: quantū ad paſſione ꝫ doloris in ſpāli.

HIc orit̄ quæſtio ex p̄dictis ducens originē. Dictū eſt em̄ ſupra ꝙ chrūs in ſe noſtros defectus ſuſcepit,p̄ter pctm̄,eſt aūt hominis quidā generalis defectus, qui peccatū non eſt .ſ. neceſſitas patiendi vel moriendi. Vnde corpus noſtrū non tantū mortale, ſed etiam mortuū dicitur, quia non tm̄ aptitudinē moriendi, ſed etiā neceſſitatē habet. Ideo quærit̄: vtrum neceſſitas talis in chriſti carnæ fuerit: de aptitudine em̄ moriendi ꝙ in eo fuerit ambiguū non eſt, quæ etiā ante pctm̄ in hoīe fuit, qn̄ aliquis in eo non fuit defectus, nec ergo mortalitas

Quod mortalitas ante pctm̄ nō fuit in hoīe defectus.

illa tunc in eo fuit defectus, qa natura ei erat, Vn̄ etiā quidam talē mortalitatē in nobis non eſſe defectū, non improbe tradunt,ſed neceſſitatē moriendi vel paciendi: quæ etiā mortalitas dicit̄ vel paſſibilitas. Dicit̄ em̄ homo nunc paſſibilis vel mortalis: non modo ꝓpter aptitudinē, ſed etiā ꝓpter neceſſitatē: Sed nunqd hic defectus

An aīa chriſti habuit neceſſitatē paciendi.

fuit in Chriſti carne? Anima quoqꝫ eius cū paſſibilis extiterit ante mortē, nunquid neceſſitatē paciendi habuit? Si em̄ neceſſitas paciendi vel moriendi fuit in chrō, non videt̄ ſola voluntate miſerationis defectus noſtros accepiſſe. Ad quod dici pōt, chrūm voluntate non neceſſitate ſuę naturæ hos defectus ſicut alios ſuſcepiſſe .ſ. neceſſitatem paciendi in anima, ſimul aūt paciendi & moriendi in carne. Verū hanc neceſſitatē non habuit ex neceſſitate ſuę cōdicionis, quia a pctō immunis,ſed ex ſola voluntate accepit, de noſtra infirmitate ponēs tabernaculū ſuū in ſole .ſ. ſub tpali mutabilitate & labore: Vn̄ ſuper epiſtolā ad Hebreos auctoritas dicit: ꝙ ſicut

Cap. 10.

hoībus alijs & iure & lege naturæ ſtatutum eſt ſemel mori, ita & chrūs eadem neceſſitate & iure naturæ ſemel oblatus eſt & nō ſępe. Nec ideo dicit iure naturæ, ꝙ ex naturæ ſuę cōdicionis hunc

defectū traxerit, qui etiā non prouenit nobis, ex natura ſecundum quod prius eſt inſtituta: ſed ex ea peccato vitiata: & ideo dicitur hic defectus naturalis, qa quaſi ꝓ natura inoleuit in oībus diffuſus

De ſtatibus hoīs: ⁊ quid de ſingulis chriſtus accepit.

Et eſt hic notandū, Chriſtū de omni ſtatu hoīs alīqd accepiſſe, qui oēs venit ſaluare. Sunt em̄ quatuor ſtatus hoīs. Primus ante peccatū. Secundus poſt peccatū & ante gratiā. Tertius ſub gratia. Quartus in gloria. De primo ſtatu accepit immunitatē pc̄ti. Vn̄ aug. illud Ioannis eūgeliſte exponens. Qui deſurſum venit ſup oēs eſt, dicit Chriſtū veniſſe deſurſum .i. de altitudine humanæ naturæ an̄ pc̄tm̄, quia de illa altitudine ſumpſit verbū dei humanā naturā dū nō aſſumpſit ipſam culpā cuius aſſumpſit pœnā. Sed pœnā aſſumpſit de ſtatu ſcd'o, & alios defectus. De tertio vero gratiæ plenitudinē. De quarto nō poſſe peccare & dei pfectā cōtemplationem. Habuit em̄ ſimul bona vię quædam, & bona patriæ, ſicut & quædam mala vię.

Sup Io. 3.

## DISTINCTIO XVII.

Quō Chriſti incarnatio ordinat̄ ad noſtrā redēptionē, quantum ad vſum virtutis, preſertim de voluntate & oratione.

Si oīs Chri oratio vel volūtas expleta ſit.

POſt prædicta cōſiderari oportet: vtrū Chrūs aliquid voluerit vel orauerit qđ factū nō ſit: Hoc em̄ eſtimari pōt per hoc qđ ipſe ait: Pater ſi poſſibile eſt tranſeat a me calix iſte: Verūtamē non quod ego volo, ſed quod tu vis. Hic nāq; voluntatē ſuā, a patris voluntate diſcernere videtur.

De volūtatibus chriſti ſecūdū duas naturas.

Quo circa ambiendū non eſt: diuerſas in Chrō fuiſſe volūtates, iuxta duas naturas, diuinā. ſ. voluntatē & humanā. Humana voluntas, eſt affectus rōnis vel affectus ſenſualitatis, & alius eſt affectus aīæ, ſcd'm rōnem: alius ſcd'm ſenſualitatē, vterq; tn̄ dicitur humana volūtas: Affectu aūt rōnis id volebat, quod volūtate diuina. ſ. pati & mori: ſed affectu ſenſualitatis nō volebat, immo re-

fugiebat, nec tamẽ in eo caro contra ſpiritũ vel deũ cõcupiſcebat, quia vt ait Augu. Nonnullũ eſt vitiũ cũ caro cõcupiſcit aduerſus ſpm̃. Caro aũt dicta eſt concupiſcere, quia hoc ſecundũ ipſam ait animã: ſicut anima per aurẽ audit, & per oculũ videt. Caro em̃ nihil niſi per animã cõcupiſcit. Sed cõcupiſcere dicit̃ cũ anima carnali cõcupiſcentia ſpũi reluctat̃, hñs carnalem delectationẽ de carne & a carne aduerſus delectationẽ quã ſpũs habet. Ipſius aũt carnalis concupiſcẽtiæ cauſa non eſt in anima ſola: nec in carne ſola, ex vtroq; em̃ fit, quia ſine vtroq; delectatio talis nõ ſentit̃. Talis ergo rixa, taliſq; cõcertatio in anima Chriſti nullatenus eſſe potuit, qa carnalis cõcupiſcẽtia ibi eſſe nequiuit. Dei etiã volũtas erat, & rõni placebat, vt illud ſcd'm carnẽ vellet, quatenus veritas humanitatis in eo probaretur. Nam qui hoĩs naturã ſuſcepit, quæ ipſius ſunt ſubire debuit. Ideoq;, ſicut in nobis duplex eſt affectus mẽtis, ſ. & ſenſualitatis, ita & in eo debuit eſſe geminus affectus, vt mẽtis affectu vellet mori, & ſenſualitatis affectu nollet: ſicut in viris ſanctis fit: Petro em̃ ipſa veritas dicit. Cũ ſenueris extẽdes manus tuas, & alius p̃cinget te, & ducet te quo nõ vis, ſ. ad mortem. Quod exponẽs Aug: dicit q Petrus ad illã moleſtiã nolẽs eſt ductus, nolẽs ad eã venit, ſed volẽs eã vicit, & reliquit affectũ infirmitatis quo nemo vult mori: qui adeo eſt naturalis, vt eũ Petro nec ſenectus abſtulerit. Vñ etiã dñs ait: Tranſeat a me calix iſte, ſed vicit eũ vis amoris. Ergo & in Chrõ ſecundũ humanitatẽ, & in mẽbris eius geminus eſt affectus, vnus rõnis charitate informatus: q̃ ꝓpter deũ qs mori vult, alter ſenſualitatis carnis infirmitati ꝓpinquus, & ei cõiunctus quo mors refugit̃. Vt em̃ Augu. ait: Paulus mẽtis rõne cupit diſſolui, & eſſe cum Chrõ: ſenſu aũt carnis refugit & recuſat. Hoc habet humanus affectus, quoniã qui diligit vitam odit mortẽ, Secundum iſtum affectũ Chrũs mori voluit, nec

Joan. vlti.

Math. 26.

Ephe. 1.

obtinuit, quod ſecundũ iſtũ affectũ petijt.

Ex affectu ergo humano quẽ de virgine traxit volebat nõ mori, & calicẽ tranſire orabat. Vñ Beda. Orat trãſire calicẽ: qa homo erat dicẽs: Pater trãſeat a me calix iſte. Ecce habes voluntatẽ humanã exp̃ſſam. Vide iam rectũ cor, Sed non quod ego volo, ſed quod tu vis. Vñ alibi. Non veni facere voluntatẽ meã, quã .ſ. tpalit ſumpſi ex virgine, ſed voluntatẽ eius qui miſit me: quã .ſ. æternus habui cũ patre: hic apte dicit duas in Chrõ fuiſſe voluntates, ſcd'm quas diuerſa voluit. Hiero. quoq3 ſup illũ locũ. Spũs promptus eſt: caro aũt infirma, dans intelligi hic duas volũtates exprimi, ita ait. Hoc cõtra Euticianos, qui dicũt in Chrõ vnã tantum voluntatẽ. Hic autẽ oñdit humanã, quæ ꝓpter infirmitatẽ carnis recuſat paſſionẽ, & diuinã, quæ prõpta eſt ꝑficere diſpenſationẽ. Aug. etiã duas in Chrõ aſſerit voluntates dicẽs: Quantum diſtat deus ab hoĩe, tantum voluntas dei a voluntate hõis. Vñ hoĩem Chrũs gerẽs oñdit priuatã voluntatẽ quandã hoĩs, in qua & ſuam & noſtrã cõfigurauit, qui caput noſtrũ eſt, & ad eũ ſicut mẽbra ꝑtinemus. Pater inquit ſi fieri põt tranſeat a me calix iſte. Hęc humana voluntas erat ꝓpriũ aliquid & tanq̃ priuatũ volẽs. Sed qa rectũ vult eſſe hoĩem: & ad deũ dirigi: ſubdit. Non quod ego volo ſed quod tu vis: Ac ſi diceret: Videte in me, qa potes aliqd ꝓpriũ velle, vt deus aliud velit. Cõcedit hoc humane fragilitati. Idẽ alibi. Chrũs in paſſione duas expreſſit volũtates in ſe, ſecundũ duas naturas. Ait em. Pater ſi fieri põt tranſeat a me calix iſte. Ecce habẽs hoĩs voluntatem, quã ad diuinã cõtinuo dirigẽs ait: Verũtamẽ nõ ſicut ego volo ſed ſicut tu. Ambr. etiã in lib. 3. de trini. Scriptũ eſt: Pater ſi fieri põt transfer a me calicẽ hunc. Verba chrĩ ſunt, ſed quõ & in qua forma dicanẽ aduerte. Hoĩs ſubſtantiã geſſit, hoĩs aſſumpſit affectũ. Non ergo quaſi deus: ſed quaſi hõ lo-

Auctatibus ꝓbat diuerſas in Chrõ volũtates.

Joan. 6.

Marci. 14.

Sup pſal. 31.

Math. 26.

Sup. pſ. 32.

Marci. 14.

quit. Suſcepit quidē voluntatē meā. Mea eſt voluntas quā ſuam dixit cū ait: Non ſicut ego volo, ſed ſicut tu vis. Cū aūt dixit: Omnia que habet pater mea ſunt qa nihil excipit, ſine dubio quā pater habet, eandem & filius habet voluntatē. Eadem eſt Chriſti voluntas quæ paterna. Vna ergo voluntas eſt patris & filij. Sed alia eſt volūtas hoīs, alia dei, vt ſcias vitā in volūtate eſſe hominis: paſſionē aūt Chriſti in voluntate diuina, vt pateret pro nobis. His teſtimonijs euident docet, in Chrō duas fuiſſe volūtates, quod quia negauit Macharius Archiepiſcopus in cōſtātinopolitana ſynodo cōdemnatus eſt, & ex affectu humano ſenſualitatis quidē nō rōnis illud voluit & petijt qd' non impetrauit. Nec ideo petijt vt impetraret, qa ſciebat deū non eſſe facturū illud. Nec illud fieri volebat affectu rōnis vel volūtate diuinitatis. Ad qd ergo petijt? Vt membris formā pberet imminente turbatione clamādi ad dñm, & ſubijciendi volūtatē ſuā diuine volūtati: vt ſi pulſante moleſtia triſtent, pro eiuſdem amotione orent. Sed ſi nequeūt vitare dicant quod ipſe Chrūs. Non ergo ad inſipientiā fuit, ꝙ Chrūs clamās non exaudit ad ſalutem corpalem. Bonum qdem petijt. ſ. vt non moreret, ſed melius erat vt moreret: quod & factū eſt.

*Joan. 17.* (margin)

*De eo quod Ambr. dicit chrm̄ dubitaſſe affectu humano.* (margin)

Ceterū non parū nos mouent verba Ambro. qbus ſignificare videt Chrm̄ ſecundū humanū affectū de patris potentia dubitaſſe ſic dicens, in lib. 3. de trini. De quo dubitat de ſe an de patre? De eo vtiq; cui dicit traſfer dubitat hoīs affectu. Nā deus nō de patre dubitat nec de morte formidat, Propheta etiā non dubitat, qui nihil deo eſſe impoſſibile aſſerit. Omnia quæcūq; voluit fecit. Nā infra homines cōſtitues deū: prophetā non dubitat & filiū dubitare tu credis. Vt hō ergo dubitat, vt hō locutus eſt. His verbis innui videt, ꝙ chrūs nō inquantū deus vel dei filius, ſed inquantū hō dubitauerit affectu humano. Quod ea rōne dictū accipi pōt,

non quia ipſe dubitauerit, ſed quia modũ geſſit dubitantis, & hominibus dubitare videbatur.

Illud etiã ignorandũ non eſt, qđ Hilarius aſſerere videt̃, Chriſtũ non ſibi ſed ſuis oraſſe, cũ dixit transfer a me calicem hũc: aut nec ſibi ſed ſuis timuit. Nec eũ voluiſſe vt ſibi non eſſet paſſio, ſed vt a ſuis tranſiret calix paſſiõis: ita inquiens. Si paſſio honorificatura eũ erat, ſicut Iuda exeũte ait: Nunc honorificatus eſt filius hominis. Quõ triſtem eũ metus paſſiõis effecerat, niſi forte tam irrõnabilis fuerit, vt pati mortem timuerit, que patientem ſe glorificatura eſſet. Sed forte timuiſſe vſq; eo eſtimabit, vt transferri a ſe calicem deprecatus ſit dicens: Pater transfer calicẽ hunc a me. Quõ eñ per paciẽdi metũ tráfferri depcaret̃ a ſe, qđ per diſpẽſationis ſtudiũ feſtinaret ĩplere. Non eñ cõuenit vt pati nolit, q pati venit & cũ pati eũ velle cognoſceres, religioſius fuerat hoc cõfiteri, q̃ ad id ĩpie ſtulticię ꝓrumpe, vt eũ aſſereres ne pateret̃ oraſſe, quẽ pati velle cognoſceres. Nõ ergo ſibi triſtis, neq; ſibi orat trãſire calicem ſed diſcipulis, ne in eos calix paſſiõis incũbat, quẽ a ſe tranſire orat, ne in his .ſ. maneat. Non eñ rogat ne ſecũ ſit, ſed vt a ſe tranſeat. Deinde ait. Non ſicut ego volo, ſed ſicut tu vis. Humane in ſe ſollicitudinis ſignificãs conſortiũ, ſed nõ diſcernens ſententiã ſibi cõis cum patre volũtatis. Pro hoibus ergo vult trãſire calicẽ, per quem omnes diſcipuli erãt tentãdi, & ideo pro Petro rogat, ne deficiat fides eius. Sciens ergo hæc omnia poſt mortẽ ſuã deſitura vſq; ad mortem triſtis eſt, & ſcit hunc calicem nõ poſſe trãſire niſi biberit: ideo ait: Pater mi, ſi non põt trãſire calix iſte niſi bibã illũ, fiat voluntas tua. Sciens in ſe cõſumata paſſiõe metũ calicis tranſiturum, qui niſi eũ bibiſſet tranſire non poſſet, nec finis terroris niſi conſumata paſſiõe terrori ſuccederet, qa poſt mortẽ eius per virtutũ gloriã apoſtolice infirmitatis ſcãdalũ pelleret̃. Intende lector his ver

Verũ Hilarius longe diuerſam expri mentia ſciẽtiã a pmiſſis.

Joan. 13.

Marci. 14.

Hilarius in 10. li. de tri.

Luce. 22.

Math. 26.

ſis pia diligentia, ne ſint tibi vaſa mortis.

## DISTINCTIO XVIII.

**Quō verbi ſeu Chriſti incarnatio ordinat̄ ad noſtrā redemptionē̄ q̄tū ad vſum volūtatis ꝓut reſpicit exercitiū merendi.**

DE merito etiā Chriſti p̄termittendū non eſt, de quo quidā dicere ſolēt, ꝙ non ſibi ſed membris tm̄ meru-
Qr Chrūs meruit ſibi ⁊ nobis: ⁊ q́d ſibi ⁊ q́d nobis. erit. Meruit quidē membris redemptionē a diabolo, a peccato, a pœna & regni reſerationem, vt amota ignea romphea libere pateret introitus, ſed & ſibi meruit impaſſibilitatis & immortalitatis gloriā: ſicut ait apoſtolus. Chrūs factus eſt pro nobis obediēs vſq; ad mortē, mortē aūt crucis, ꝓpter quod & deus exaltauit illū, & dedit illi nomē quod eſt ſup omne nomen. Apte dicit aplūs chriſtū ꝓpterea exaltatū p impaſſibilitatis gloriā, quia eſt humiliatus per paſſionis obedientiā. Humilitas ergo paſſiōis meritū fuit exaltatiōis, & exaltatio premiū humilitatis. Vñ Aug. exponēs premiſſum capitulū ait. Vt Chrūs reſurrectione clarificaret: prius humiliatus eſt paſſiōe. Humilitas claritatis eſt meritū: claritas humilitatis eſt premiū, Sed hoc totū factum eſt in forma ſerui. In forma eñ dei ſemp fuit & erit claritas. Item Amb. idem capitulū tractās ait. Quid & q̄ntum humilitas mereat: hic oñditur. His teſtimonijs euidens fit, ꝙ Chrūs per humilitatem & obedientiā paſſiōis meruit clarificationē corpis, nec id ſolū, ſed ēt impaſſibilitatē animæ. Anima eñ ipſius añ mortem erat paſſibilis ſicut caro mortalis, ſed poſt mortē merito hūilitatis, & aīa īpaſſibi-

Qñ anima chri ſit facta impaſſibilis. lis facta eſt & caro īmortalis. Vtrū aūt anima ſit facta impaſſibilis, qñ caro facta eſt immortalis .ſ. ipſo reſurrectiōis momento, de auctoritate nobis certū nō eſt. Sed vel mox poſt carnis ſeparationem

Qđ a cōceptu meruit aīa īpaſſibilitate donata eſt, aut in reſurrectione, qñ caro reſurrexit. Nec ſolū hoc meruit chrūs, qñ patri obediens crucē ſubijt, ſed

etiã ab ipſa cõceptione ex quo hõ factus eſt per charitatem & iu- ſticiã, & alias virtutes: in quarũ plenitudine fuit ſecundũ hominẽ cõditus, ſibi tm̃ meruit q̃ntũ poſt per martyrij tolerantiã. Tanta em̃ plenitudo ſpũaliũ charſmatũ in eo fuit ꝙ in eis ꝓficere nõ po- tuit, & ideo melior ipſius anima fieri nõ potuit, q̃ ab initio ſue cõ- ditionis extitit, q̃a proficere in meritis non valuit. Vñ Grego. ait: Non habuit omnino chrũs iuxta animæ meritũ quo potuiſſet ꝓ- ficere: in membris aũt quæ nos ſumus quotidie ꝓficit. Non ergo plus meruit ſibi per crucis patibulũ, q̃ a cõceptiõe meruit per gra- tiã virtutũ. Nõ ergo ꝓfecit ſcd'm animæ meritũ, quantũ ad virtutẽ meriti: ꝓfecit tamẽ quantũ ad numerũ meritorũ. Plura em̃ habuit merita in paſſiõe q̃ in cõceptione: ſed maioris virtutis nõ extiterũt in merendo plura q̃ ante fuerãt pauciora. Meruit ergo a cõceptio- ne non mõ gloriã impaſſibilitatis & immortalitatis corpis, ſed etiã impaſſibilitatẽ animæ. Per quid? Per obedientiã & voluntatẽ ꝑ- fectã, quã non tunc primo habuit, nec maiorẽ cum pati cœpit & mori. Obediẽs enim ꝑfectus & bonus extitit, ſcd'm hominẽ, ex q̃ fuit homo. Habuit ergo anima illa aliquod bonũ in ſe poſt mortẽ, quod non habuit ante. Num ergo beatior vel melior fuit q̃ ante? Abſit ꝙ melior fuerit, q̃a nec ſanctior, nec gratia cumulatior. Nec etiã beatior fuit in dei contemplatõe, in quo p̃cipue beatitudo cõ- ſiſtit. Põt tamẽ dici in hoc beatior fuiſſe, q̃a ab omni miſeria imu- nis. Ex quo nequit inferri ſimpliciter, ꝙ beatior fuerit. *ſibi chrũs ꝙ quod ꝑ paſſionem.*

Nec tantũ gloriã impaſſibilitatis & immortalitatis meruit, ſed etiã donari ſibi nomẽ qd' eſt ſup omne nomẽ .ſ. honorificentiã, ꝙ vocat̃ deus, hoc tamẽ ante mortem hũit. Habuit em̃ hoc nomẽ dei filius inquantũ deus eſt ab æterno per naturã, inquantũ vero ho- mo factus eſt habuit ex tpe per gratiã. Verũtamẽ Aug. dicit hoi donatũ eſſe illud nomen non d.o, q̃a illud nomẽ habuit cũ in for- *De eo ꝙ ſcriptuʒ eſt. Donauit illi nomẽ qđ eſt ſuper oẽ nomen. In li. ꝯ maximinum.*

Quod nomē illi datū eſt homini & non deo.

ma dei tantū erat. Sed cū dicit̄ propter qđ illum exaltauit: & donauit illi nomē: ſatis apparet ꝓpter quid exaltauerit. i. ꝓpter obedientiā, & in qua forma exaltatus ſit. In qua enī forma crucifixus eſt, in ea exaltatus eſt, & in ea donatū eſt ei nomē, vt cū ipſa forma ſerui nominetur vnigenitus filius dei, hoc illi donatū eſt vt hoī quod iam habebat idem ipſe deus. Hoc ergo per gratiā accepit, vt ipſe ens hō vel ſubſiſtens in forma ſerui. i. in anima & carne nominet̄, & ſit deus. Sed nunquid hoc meruit? ſupra enī dictū eſt, quia hoc tantū bonū homo ille non meruit. Quō ergo hic dicit̄ ꝓpter obedientiā donatū eſt ei hoc nomē? Secundū tropū illum in ſcriptura creberrimū hoc capiendū eſt: quo dicit̄ res fieri quando innoteſcit. Poſt reſurrectionē vero, qđ ante erat in euidenti poſitum eſt, vt ſcirent hoīes & demones. Manifeſtatiōem ergo illius nominis donauit ei deus poſt reſurrectionē, ſed illā meruit per obedientiā paſſionis, qui eo ꝙ obediuit patiendo, exaltatus eſt reſurgendo,

Math. 28.

& per hoc manifeſtatū eſt nomē. Hoc eodem tropo vſus eſt etiā dn̄s poſt reſurrectionē dicens. Data eſt mihi omnis ptās in cœlo & in terra, non ꝙ tunc primo accepit, ſed quā ante habebat, tunc

Ambr. ꝙ datū fuit deo & nō hoī.

manifeſtata eſt ptās. Ceterū Ambr. dicit nomē illud donatū eſſe deo non hoī: & videt̄ ſecundū verborū ſupficiem oppoſitus Aug. ſed intelligentia nō obuiat licet diuerſum ſapiat. Nam Ambr. de naturali donatiōe id dictū intelligit, qua æternaliter pater gn̄ando dedit filio nomē quod eſt ſup omne nomen. ſ. eſſe deū per naturā, quia genuit ab æterno filiū plenū & ſibi æqualem deū. Quod tn̄ nomen apoſtolus ꝓpter paſſionis obedientiā chrō donatum dicit. Sed ꝑmiſſo locutiōis mō accepiendum eſt.

Si chrūs ſine omni merito illā habere potuit.

Si vero quærit̄, vtrū chrūs illā īmortalitatis & impaſſibilitatis gloriā & noīs dei manifeſtationē ſine omni merito habere potuerit, ſane dici pōt, qa humanā naturā ita glorioſam ſuſcipe potuit,

ſicut in reſurrectiõe extitit. Nomẽq́ſ ſuũ etiã aliter hoĩbus manife ſtare potuit, ſed nemo paſſibilis eſſe non potuit ſicut fuit, & ad illam gloriã ſine merito ꝑuenire. Potuit quidem ꝑuenire ad illã ſine merito paſſionis ꝗa potuit cõſumpta mortalitate ĩmortalitatis gloria veſtiri, ſed non ſine merito iuſtitiæ & charitatis, aliarũq́ꝫ virtutũ. Non eñ chrũs hõ eſſe potuit, in quo plenitudo virtutũ & gratiæ non fuerit. Nec virtutes ineſſe potuerunt cilicio mortalitatis induto ꝗn ꝑ eas mereref. Habẽs ergo has virtutes ſcd'm hominẽ paſſibilem ac mortalem non potuit non mereri gloriã ĩmortalitatis. Nõ ergo potuit factus mortalis ſine merito gloriã impaſſibilitatis & ĩmortalitatis ac manifeſtationẽ dei nominis conſequi. Potuit tamẽ hoc aſſequi ſine merito paſſionis, quia per paſſionẽ nil ſibi meruit: quod non ante per virtutes meruerit.

De cauſa mortis ⁊ paſſionis chꝛi.

Ad quid ergo voluit pati & mori ſi ei virtutes ad merendũ illa ſufficiebãt? Pro te, non pro ſe. Quõ pro me? Vt ipſius paſſio & mors tibi eſſet forma & cauſa. Forma virtutis & humilitatis, cauſa gloriꝍ & libertatis. Forma deo vſq́ꝫ ad mortẽ obediendi, & cauſa tuæ liberatiõis ac beatitudinis. Meruit eñ nobis per mortis ac paſſionis tolerantiã, quod per ꝑcedentia nos meruerat .ſ. aditũ paradiſi & redemptionẽ a pctõ: a pœna, a diabolo, & per mortẽ eius hæc nos adepti ſumus .ſ. redemptionẽ & filiorũ gloriæ adoptionẽ. Ipſe eñ moriendo factus eſt hoſtia noſtre liberationis. Sed quõ ꝑ mortem nos a diabolo & a pctõ redemit, & aditũ gloriæ aꝑuit?

Qualiter ꝑ mortẽ redemit nos: ⁊ aditũ regni apeꝛuit.

Decreuerat deus in myſterio, vt ait Amb. Propter primũ peccatũ non intromitti hoĩem in padiſum .i. ad dei cõtemplationem no admitti, niſi in vno hoĩe tanta exiſteret humilitas, quæ oĩbus ſuis ꝓficere poſſet: ſicut in primo homine tãta fuit ſupbia quæ oĩbus ſuis nocuit. Non eſt aũt inuentus inter hoĩes aliquis, quo id poſſet impleri, niſi leo de tribu iuda, qui apuit librũ, & ſoluit ſignacula

implendo in ſe omnẽ iuſtitiã .i. conſumatiſſimã hũilitatẽ, qua maior eſſe non põt. Nam omnes alij hoĩes debitores erãt, & vix vnicuiq; ſua virtus ſufficiebat & hũilitas. Nullus ergo eorũ hoſtiã poterat offerre ſufficientẽ recõciliationi nr̃e. Sed Chrũs hõ ſufficiens, & pfecta fuit hoſtia, qui multo amplius eſt humiliatus amaritudinẽ mortis guſtando q̃ ille Adã ſupbijt p eſum ligni vetiti noxia delectatiõe pfruendo. Si ergo illius ſupbia omniũ extitit ruina, ipſum de padiſo mittens foras: alijſq; accludẽs ianuã, multo magis chriſti humilitas, qua mortem guſtauit, ingreſſum regni cœleſtis oĩbus ſuis impleto dei decreto apire valuit; atq; decreti delere cyrographũ. Vt eñ ait Ambr. Tãtũ fuit pctm̃ noſtrũ, vt ſaluari non poſſemus, niſi vnigenitus dei filius pro nobis moreret̃ debitoribus mortis, & ſic dignos nos fecit teſtamenti, & promiſſe hereditatis. Quod non ita eſt intelligendũ, quaſi non alio mõ ſaluare nos potuerit, q̃ per mortẽ ſuã: ſed quia per aliã hoſtiã non potuit nobis apiri regni aditus & fieri ſalus, niſi per mortẽ vnigeniti, cuius tanta fuit (vt dictũ eſt) hũilitas & patiẽtia, vt eius merito pateret credẽtibus in eũ aditus regni. Magna ergo in morte vnigeniti p̃ſtita ſunt nobis, vt liceat nobis redire in patriã: ſicut olim in morte ſummi pontificis his qui ad ciuitatẽ refugij cõfugerãt ſecure ad ꝓpria remeare. Ecce aliquatenus oſtẽſum eſt, qualiter per Chriſti mortem aditus regni ſit nobis paratus.

Sup epiſtolam ad Hebreos.

## DISTINCTIO XIX.

De redemptione noſtra facta per paſſionem Chriſti, quantum ad efficatiam & vtilitatem.

Hic qualiť a diabolo ꝛ a pctõ nos redemit ꝑ mortem.

NVnc ergo quæramus, quõ per mortẽ ipſius a diabolo & a pctõ & a pœna redempti ſumus. A diabolo ergo & a pctõ per chriſti mortẽ liberati ſumus, quia vt ait apoſtolus; In ſanguine ipſius iuſtificati ſumus,

& in eo φ ſumus iuſtificati .i. a pctis ſoluti, a diabolo ſumus liberati, qui nos vinculis peccatorũ tenebat. Sed quõ a pctis per eius mortẽ ſoluti ſumus? Quia per eius mortẽ, vt ait aplus cõmendat nobis charitas dei .i. appet eximia & cõmendabilis charitas dei erga nos, in hoc φ filiũ ſuũ tradidit in mortẽ pro nobis pctõribus. Ex hibita aũt tante erga nos dilectiõis arra, & nos mouemur accendimurq; ad diligendũ deũ, qui pro nobis tanta fecit, & per hoc iuſtificamur.i. ſoluti a pctis iuſti efficimur. Mors ergo Chriſti nos iuſtificat, dũ per eã charitas excitat in cordibus noſtris. Dicimur quoq; & alit per mortẽ Chriſti iuſtificari, qa per fidẽ mortis eius a pctis mundamur. Vñ aplus, iuſtitia dei eſt per fidẽ Ieſu Chriſti. Et itẽ. Quẽ deus propoſuit ꝓpitiatorẽ per fidẽ in ſanguine ipſius ideſt per fidẽ paſſionis, vt olim aſpicientes in ſerpentẽ eneũ in ligno erectũ a morſibus ſerpentũ ſanabant. Si ergo recte fidei intuitu in illũ reſpicimus qui ꝓ nobis pependit in ligno, a vinculis diaboli ſoluimur .i. a pctis, & ita a diabolo liberamur, vt nec poſt hãc vitam in nobis inueniat qd puniat. Morte quippe ſua vno veriſſimo ſacrificio, quicquid culparũ erat, vñ nos diabolus ad luenda ſupplicia detinebat, Chrũs exſtinxit, vt in hac vita tẽtando nobis nõ p̃ualeat. Licet eñ nos tentet poſt chriſti mortẽ quibus modis ante tentabat, nõ tamẽ vincere põt, ſicut ante vincebat. Nam Petrus, q̃ ante chrĩ mortẽ voce ancille territus, negauit poſt mortẽ ante reges & p̃ſides ductus non ceſſit. Quare? quia fortior.i. chrũs veniens in domũ fortis .i. in corda noſtra vbi diabolus habitabat: alligauit fortẽ.i.a ſe ductiõe cõpeſcuit fideliũ, vt tentationẽ qua ei adhuc p̃mittit, non ſequat ſeductio. Itaq; in chriſti ſanguine, qui ſoluit q̃ non rapuit, redempti ſumus a pctõ, & per hoc a diabolo. Nam vt ait Aug. In ipſo vincuntur inimice nobis inuiſibiles ptãtes, vbi vincunt inuiſibiles cupiditates. Fuſo. eñ ſanguine ſine culpa om-

Ibidem. Rom. 3. Numeri. 21. Luce. 22. In li. d agone chriſtiano.

niũ culparũ cyrographa delecta ſunt, q̃bus debitores qui in eũ cre-
Math. 26. Ioan. 14. diderũt a diabolo ante tenebant̃. Vnde: Qui pro multis effundetur.
Per illũ ergo redempti ſumus, in quo princeps mundi nihil inue-
nit. Vñ Aug. cauſam & modũ noſtræ redemptõis inſinuans ait:
Nihil inuenit diabolus in Chrõ vt moreret̃, ſed pro volũtate pr̃is
mori Chrũs voluit, nõ habẽs mortis cauſam de pctõ, ſed de obe-
dientia & iuſtitia mortẽ guſtauit, per quam nos redemit a ſeruitu-
te diaboli. Incideramus eñ in principem huius ſæculi, q̃ ſeduxit
Adã & ſeruũ fecit: cœpitq; nos quaſi vernaculos poſſidere, ſed ve-
nit redemptor, & victus eſt deceptor. Et quid fecit redemptor ca-
ptiuatori noſtro. Tẽdit ei muſcipulã crucẽ ſuã, poſuit ibi quaſi eſcã
ſanguinẽ ſuũ. Ille aũt ſanguinẽ ſuũ fudit non debitoris, per quod
receſſit a debitoribus. Ille quippe ad hoc ſanguinem ſuũ fudit, vt
pctã noſtra deleret. Vñ ergo nos diabolus tenebat deletũ eſt ſan-
guine redemptoris. Non eñ tenebat nos niſi vinculis pctõrum no
Math. 12. Marc. 3. ſtrorũ, iſtę erant cathenę captiuorũ. Venit ille alligauit fortẽ vin-
culis paſſiõis ſue, intrauit in domũ eius .i. in corda eorũ, vbi ipſe ha-
bitabat: & vaſa eius .ſ. nos eripuit. quæ ille impleuerat amaritudi-
ne ſua. Deus aũt noſter vaſa eius eripiẽs, & ſua faciens, fudit ama
ritudinẽ, & impleuit dulcedine p̱ mortẽ ſuã a peccatis redimens,
& adoptionem gloriæ filiorum largiens.

Cur deus hõ & mortu? Factus eſt ergo hõ mortalis, vt moriẽdo diabolũ vinceret. Ni-
ſi eñ homo eſſet qui diabolũ vinceret, nõ iuſte ſed violent̃ homo
ei tolli videret̃, qui ſe illi ſponte ſubiecit. Sed ſi eũ hõ vicit iure ma-
nifeſto hoĩem p̱didit, & vt homo vincat, neceſſe eſt vt deus in eo
ſit, qui eũ a pctĩs ĩmunẽ faciat. Si eñ per ſe hõ eſſet vel angelus in
hoĩe, facile peccaret, cũ vtrãq; naturã per ſe cõſtet cecidiſſe. Ideo
dei filius hoĩem paſſibilẽ ſumpſit, in quo & mortẽ guſtauit, quo
cœlũ nobis ap̱uit, & a ſeruitute diaboli .i. a peccato (ſeruitus enim

diaboli peccatum eſt)& a pœna redemit.

A qua pœna, tp̄ali & æterna: ab æterna quidē relaxando debitū. A tp̄ali vero penitus nos liberabit in futuro, quãdo nouiſſima mors inimica deſtruet̃. Adhuc eñ expectamus redemptionē corp̄is, ſcd'm animas vero iam redempti ſumus ex tp̄e, non ex toto, a culpa, non a pœna, nec oĩno a culpa. Non enim ab ea ſic redempti ſumus vt non ſit, ſed vt non dominetur. Quõ ⁊ a q̃ pena chr̃us nos redemit ꝑ mortem.

Pctã quoq; noſtra .i. pœnã peccatorũ noſtrorũ dicit̃ in corp̄e ſuo ſup̄ lignũ portaſſe, q̃a per ipſius pœnã quã in cruce tulit, oĩs pœna tp̄alis quę pro peccato cõuerſis debet̃, in baptiſmo penitus relaxat̃, vt nulla a baptizato exigat̃, & in pñia minorat̃. Nõ eñ ſufficeret illa pœna qua pœnitentes ligat eccl'ia, niſi pœna chriſti cooparetur, q̃ pro nobis ſoluit. Vñ pctã iuſtorũ quę fuerunt ante aduentũ in ſuſtentatiõe dei fuiſſe, vſq; ad Chrĩ morte dicit apl'us, ad oñſionē iuſtitiæ eius in hoc tp̄e: Hæc apte expoſitũ eſt, quõ & quid Chr̃s per mortem nobis meruit & impetrauit. Quõ penam noſtrã portauit. Rom.3.

Vñ ipſe vere dicit̃ mundi re[de]mptor, & dei hominũq; mediator. Sed mediator in ſcriptura dicit̃ ſolus filius. Redemptor vero aliqñ etiam pater, vel .ſ.ſ. Sed hoc ꝓpter vſum ptãtis, non propter exhibitionē humilitatis & obedientiæ. Nam ſecundũ ptãtis ſimul & obediẽtiæ vſum filius ꝓprie dicit̃ redemptor, q̃a & in ſe expleuit per quæ iuſtificati ſumus, & ipſam iuſtificationē eſt opatus potẽtia deitatis cũ patre & ſpũ ſctõ. Eſt ergo redemptor inquantũ eſt deus ptãtis vſu, inquantũ hõ hũilitatis effectu: Et ſepius dicit̃ redemptor ſcd'm humanitatē, q̃a ſecundũ eã, & in ea ſuſcepit & impleuit illa ſacramenta quæ ſunt cauſa noſtræ redemptiõis, proprie ergo filius dicitur redemptor. Si ſol⁹ chriſtus debet dici redemptor vt ſolus dicit̃ mediator

Qui ſolus dicit̃ mediator, non pater vel ſpiritus ſctũs. De quo apl'us, Vnus mediator dei & hominũ hõ chriſtus Ieſus.i. per ho- De mediatore. 1. Timo.2.

Iob. 31. mine quaſi in medio arbiter eſt ad cõponendã pacẽ ideſt ad recõ-
ciliandũ hoĩes deo. Hic eſt arbiter quẽ Iob deſiderat: Vtinã eſſet
Rom. 5. nobis arbiter. Reconciliati eñ ſumus deo (vt ait apłus) per mortẽ
Augu. ſuper Ioannem. Chriſti: Quod non ſic intelligendũ eſt, quaſi nos ei ſic reconcilia-
uerit chriſtus, vt inciperet amare quos oderat, ſicut recõciliat̃ inimi-
cus inimico, vt deinde ſint amici, qui ante ſe oderant, ſed iam nos
diligenti deo reconciliati ſumus. Non eñ ex quo ei recõciliati ſu-
mus per ſanguinẽ filij nos cœpit diligere, ſed ante mundũ priusq̃
nos aliquid eſſemus. quõ ergo nos diligẽti deo ſumus recõciliati?
Propter peccatũ cum eo habebamus inimicitias, qui habebat erga
nos charitatem, etiã cum inimicitias exercebamus aduerſus eum
opãdo iniquitatẽ. Ita ergo inimici eramus deo ſicut iuſtitiæ ſunt
Augu. in li. de trini. inimica peccata, & ideo dimiſſis peccatis tales inimicitiæ finiuntur
& reconciliantur iuſto quos ipſe iuſtificat. Chrũs ergo dicit̃ medi-
ator, eo q̃ medius inter deũ & homines ipſos recõciliat deo. Re-
conciliat aũt dũ offendicula hoĩm tollit ab oculis dei.i. dũ peccata
delet, quibus deus offendebat̃, & nos inimici eius eramus. Sed cũ
Queſtio. pctã deleat, non ſolus filius, ſed & pater & ſpũs.ſ. quorũ deletio
eſt noſtra ad deum recõciliatio, quare ſolus filius dicit̃ mediator.
2. Cor. 6. Nam de patre legit̃ q̃ reconciliauerit ſibi mundũ. Ait eñ apłus:
Deus erat eñ Chrõ mundum ſibi reconciliãs. Cum ergo recon-
Reſpõſio. ciliet. Quare non dicit̃ mediator? Quia nec medius eſt inter deũ
& homines, nec in ſe habuit illa ſacramenta quorũ fide & imita-
tiõe iuſtificamur.ſ. recõciliamur deo. Reconciliauit ergo nos tota
trinitas virtutis vſu. ſcilicet dum peccata delet, ſed filius ſolus im-
pletione obedientiæ in quo patrata ſunt ſecundum humanam na-
turã ea per quæ credentes & imitantes iuſtificantur.

Secundũ q̃ naturam ſit mediator. Vnde & mediator dicit̃ ſecundũ humanitatẽ, non ſecundum
diuinitatem, non eñ eſt mediator inter deum & deũ, quia tantũ

vnus eſt deus, ſed inter deum & hoīem quaſi inter dno extrema, quia medius eſſe nō pōt niſi inter aliqua: mediator eſt ergo inquantum hō. Nam inquantū deus non mediator ſed æqualis patri eſt. Hoc idē quod pater, cū patre vnus deus. Mediat ergo inter homines & deū trinitatē: ſcđm hominis naturā in qua ſuſcepit illa, ꝑ quæ recōciliamur deo trinitati, & ſcđm eādē habet aliquid ſimile deo, & aliqd ſimile hoībus, quod mediatori cōgruebat, ne per oīa ſimilis hoībus lōge eſſet a deo, aut per oīa deo ſimilis longe eſſet ab hoībus, & ita mediator nō eſſet. Verus ergo mediator Chrūs inter mortales pctōres & īmortalē iuſtū apparuit mortalis cū hominibus, iuſtus cum deo per infirmitatē ꝓpinquās nobis per iuſtitiā deo. Recte ergo mediator dictus eſt, qa inter deum immortalē & hominē mortalē eſt deus & hō, reconciliās hominē deo. Intantū mediator inquantū eſt homo. Inquantū aūt verbū non eſt medius, qa vnus cū patre deus. Si ergo Chrūs ſecundū vos o hæretici vnā tantū habet naturā, vn̄ medius erit, & niſi ita ſit medius vt deus ſit ꝓpter diuinitatis naturā, & homo ꝓpter humanitatis naturā, quō humana in eo reconcilianť diuinis? Nam ipſe veniēs prius in ſe humana ſociauit diuinis per vtriuſq; naturæ coniunctionē in vna perſona. Deinde oēs fideles per mortē recōciliauit deo, dū ſanati ſunt ab impietate, quicunq; hūilitatē Chriſti credendo dilexerūt, & diligendo imitati ſunt: Ecce hic aliquatenus inſinuatur, quare Chrūs ſolus mediator dei dicit̄ & hominū, & ſecundū quā naturā mediet .ſ. humanā, & cui mediet .ſ. deo trinitati. Trinitati em̄ nos recōciliauit ꝑ mortē, per quā etiā nos redemit a ſeruitute diaboli. Nam vt Petrus ait: Non corruptibilibus auro & argento redempti ſumus, ſed ꝑcioſo ſanguine agni immaculati.

Aug. in ſermone qdaz.
Aug. in lib. cōfeſſionū.
Vigilātius. ↄ Euticē.
Sūmā intelligentie pmiſſe perſtrīgit.
1. Petri. 1.

## DISTINCTIO XX.

Qđ aliomō potuit deus liberare hominem, & quare potius iſto.

De redemptiõe nr̃a facta p paſſionẽ chri quãtũ ad cõgruentiã ꝛ neceſſitatem.

SI vero quæriť: Vtrũ aliomõ poſſet deus hoĩem liberare q̃ per mortem Chriſti? Dicimus & aliũ modũ fuiſſe poſſibilẽ deo, cuius ptãti cuncta ſubiacent, ſed noſtræ miſeriæ ſanandæ conuenientiorẽ modum aliũ non fuiſſe, nec eſſe oportuiſſe. Quid em̃ mẽtes noſtras tm̃ erigit, & ab immortalitatis deſpatione liberat, q̃ ꝙ tanti nos fecit deus vt dei filius ĩmutabiliter bonus in ſe manens, quod erat & a nobis accipiẽs, quod non erat dignatus noſtrũ inire conſortiũ, mala noſtra moriẽdo pferret. Eſt & alia rõ: quare iſto potius mõ q̃ alio liberare voluit, q̃a ſic iuſtitia ſuperať diabolus, nõ potentia. Et quõ id fc̃tm̃ ſit explicabo vt potero. Quadã iuſtitia dei in ptãtem diaboli traditũ eſt genus humanũ pc̃tõ primi hoĩs in omnes originaliter tranſeuntẽ, & illius debito omnes obligante. Vnde oẽs homines ab origine ſunt ſub principe diabolo. Vnde apoſtolus: Eramus natura filij ire, natura .ſ. vt eſt deprauata a peccato, nõ vt eſt recta creata ab initio. Modus aũt ille quo traditus eſt hõ in diaboli ptãtem, non ita debet intelligi tanq̃ deus hoc fecerit aut fieri iuſſerit, ſed ꝙ tm̃ pmiſerit iuſte tamẽ. Illo em̃ deſerente peccantem, pc̃ti auctor illico inuaſit, nec tamẽ deus cõtinuit in ira ſua miſeratiões ſuas, nec hoĩem a lege ſue ptãtis amiſit, cũ in diaboli ptãte eſſe pmiſit, q̃a nec diabolus a ptãte dei eſt alienus, ſicut nec a bonitate. Nam qualicũq̃ vita diabolus vel homo non ſubſiſteret, niſi per eũ qui viuificat oĩa Non ergo deus hoĩem deſeruit, vt non ſe illi exhiberet & deũ, ſed inter mala pœnalia etiã malis multa p̃ſtitit bona: & tandẽ hoĩem quẽ cõmiſſio pc̃tõrum diabolo ſubdidit remiſſio pc̃tõrum per ſanguinẽ Chriſti data a diabolo eruit, vt ſic iuſtitia vinceret diabolus, non potẽtia. Sed qua iuſtitia? Ieſu Chriſti. Et quõ victus eſt ea? Quia in eo nihil dignũ morte inueniẽs: occidit eum tamẽ, & vtiq̃ iuſtũ eſt vt debitores quos tenebat liberi dimittanť in eũ credẽtes

Aug. li. 10. de tri.
Rñſio quare iſto mõ.

Ephe. 2.

Qõ diabolus non eſt alien⁹ a ptãte dei.

Heb. 2.

Qua iuſtitia ſit vict⁹ diabolus.

quē ſine vllo debito occidit. Ideo aūt potētia vincere noluit, quia diabolus vitio peruerſitatis ſue amator eſt potētiæ & deſertor oppugnatorq; iuſtitiæ, in quo hoīes magis eū imitanť, qui neglecta vel etiā poſa iuſtitia, potētiæ magis ſtudent eiuſq; vel adoptiōe letanť, vel cupiditate inflammanť. Ideoq; placuit deo, vt nō potentia ſed iuſtitia vincens hoīem erueret, in quo homo cū imitari diſceret Poſt vero in reſurrectiōe ſecuta eſt potētia, q̄a reuixit mortuus nūquā poſtea moriturus. Sed nonne iure æquiſſimo vinceretť diabolus, ſi potentia tm̄ chrūs cū illo agere voluiſſet? vtiq;: ſed poſtpoſuit chrūsquod potuit, vt prius ageret quod oportuit. Iuſtitia ergo hūilitatis hoīem liberauit, quē ſola potētia ęq̄ſſime liberare potuit.

Si em̄ tres illi in cauſam venirēt .ſ. deus diabolus & hō: diabolus & hō q̄d aduerſus deū dicerēt, non haberēt. Diabolus em̄ de iniuria dei cōuincereť, q̄a ſeruū eius .ſ. hoīē & fraudulenť abduxit, & violenť tenuit. Hō etiā iniurius deo cōuincereť: quia p̄cepta eius cōtēpſit, & ſe alieno dn̄io mancipauit. De hoīs etiā iniuria conuinceretť diabolus, q̄a & illū prius fallaci ꝑmiſſiōe decepit, & poſt mala inferendo leſit. Iniuſte ergo diabolus quantum ad ſe tenebat hoīem, ſed hō iuſte tenebatur, quia diabolus nunq̄ meruit p̄tātem habere ſup̄ hominē, ſed hō meruit per culpā pati diaboli tyrannidē. Si ergo deus qui vtriq; p̄erat potētia hominē liberare vellet, ſola iuſſiōis virtute hoīem potuit rectiſſime liberare, ſed ob cauſam p̄miſſam iuſtitia hūilitatis vti voluit. Qui dū in carne mortali crucifixus eſt iuſtificati ſumus .i. per remiſſionē pc̄tōrum eruti de p̄tāte diaboli, & ita a chrō iuſtitia diabolus victus eſt nō potentia. Quomodo autem in eius ſanguine nobis peccata ſunt dimiſſa ſupra expoſitum eſt.

Chrūs ergo eſt ſacerdos idēq; hoſtia, & p̄cium nr̄æ redēptiōis: q̄ ſē in ara crucis nō diabolo, ſed deo trinitati obtulit ꝑ oībus q̄n-

De cauſa inter deum ꝛ hominē ꝛ diabolū.

Aug. in lib. de tri.

De traditiōe chri que facta ē: a prē ꝛ a filio: a iuda ꝛ a iudeis.

Eſaie. 53. Rom. 8. Ephe. 5. Math. 26. Luce. 24.

ad p̄cij ſufficientiā, ſed ꝑ electis tm̄ qn̄tū ad efficatiā, q̄a p̄deſtinatis tm̄ ſalutē effecit. De q̄ & legit̄ ꝙ ſit traditus a p̄re, & ꝙ ſeipm tradidit, & ꝙ iudas eum tradidit & iudei. Ipſe ſe tradidit, q̄a ſpōte ad paſſionē acceſſit. & pater eū tradidit, quia volūtate patris imo totius trinitatis paſſus eſt. Iudas tradidit ꝑdendo & iudei inſtigādo, & fuit actus iude & iudeorū malus; & actus Chri p̄ris bonus opus chriſti, & patris bonū, quia bona patris & filij volūtas, malū fuit opus iude & iudeorū, quia mala fuit intentio. Diuerſa fuerunt ibi facta ſiue opa .i. diuerſi actus, & vna res ſiue factum .ſ. paſſio ipſa. Ideoq; doctores aliqn̄ vniūt in fc̄tō illo patrē filiū iudā iudeū aliqn̄ diſiungunt. Reſpicientes em̄ ad paſſionem vnū opus illorum dicunt attendentes intentiones, & actus fc̄tā diuerſa diſcernūt. Vnde Augu. Facta eſt inquit traditio a patre: facta eſt traditio a filio: facta eſt traditio a iuda, vna res facta eſt. Quid ergo diſcernit inter eos? Quia hoc fecit filius & pater in charitate. Iudas vero in ꝑditione. Videtis quia nō quid faciat hō, ſed qua volūtate cōſiderandū eſt. In eodē fc̄tō inuenimus deū quo iudā, deū bene dicimus iudā deteſtamur, q̄a deus cogitauit ſalutē noſtram. Iudas cogitauit p̄cium quo vēdidit dn̄m, filius prçciū quod dedit pro nobis. Diuerſa ergo intētio diuerſa facta facit, cū tamē ſit vna res ex diuerſis. Ecce vnā rem dicit ibi fuiſſe, & diuerſa facta, quia vna ibi fuit paſſio ſed diuerſi actus. Et actus quidē iude ac iudeorū mali q̄bus opati ſunt chriſti paſſionē q̄ bonū eſt & opus dei ē.

Sup epſam 1. Joan. ho mel. 7.

Q̄ꝺ Chriſti paſſio ꝺiciṫur op⁹ ꝺei ꝛ iudeoꝛuꝫ: ꝛ quomodo

Paſſio ergo chriſti & opus dicit̄ iudeorū, quia ex actib us eorū ꝑuenit & opus dei, q̄a eo auctore .i. eo volente fuit. Vnde Aug. Nemo aufert animā chriſti ab eo qui poteſtatē habet ponendi & ſumendi eā. Ecce habes auctorē opis. Ponet animā. Ecce habes opus auctoris. Et vt gn̄aliter concludam, quotiens in carne chrūs aliquid patitur opus auctoris eſt. q̄a em̄ ſua volūtate non alio co-

gente perpetit̃: ipſe auctor eſt opis. Cum aũt paſſio chriſti opus dei ſit, & ideo bonũ eamq́ꝫ opati ſint iudas & iudei: quærit̃ an cõcedendũ ſit eos opatos ibi eſſe bonũ. Hic diſtinguendũ eſt. Poteſt eñ dici, ꝙ operati ſunt bonum quia ex actibus eorum bonum ꝓuenit ideſt paſſio chriſti, & itẽ ꝙ opati non ſunt bonũ ſed malum, quia actio eorũ non fuit bona ſed mala.

Si Judei ſunt opati bonũ.

## DISTINCTIO XXI.

Si in chriſto diuiſio in morte fuit animę vel carnis a verbo.

De morte que ſecuta eſt paſſione chriſti

POſt predicta cõſiderandũ eſt: Vtrum in morte chriſti a verbo ſit ſepata anima vel caro. Quidã putauerunt carnẽ ſicut ab anima ita a diuinitate in morte fuiſſe diuiſã. Si eñ inquiũt anima media diuinitas ſibi carnẽ vniuit, ſicut ſuperius ꝑtaxatũ eſt, ergo qñ diuiſa eſt caro ab anima, diuiſa eſt etiã a diuinitate, qa nõ potuit ab anima ſeiungi, per quã verbo erat vnita quin a verbo diuideret̃. Fuit aũt diuiſa ab anima in morte, alioquin vera mors ibi non fuiſſet, qa vt ait Aug. Mors quã timent hoĩes ſepatio eſt animę a carne. Mors aũt quã non timẽt, ſepatio eſt animæ a deo. Vtraq́ꝫ vero diaboli ſuaſu hoĩ ꝓpinata eſt. Si ergo in Chriſto homine vera mors fuit, diuiſa eſt, ibi anima, ac per hoc diuinitas a carne. Huic ſue ꝓbabilitati addũt auctatis teſtimoniũ. Amb. eñ tractãs de chriſti derelictiõe, qui in cruce voce magna clamãs dixit: Deus deus meus, vt quid me dereliquiſti: ait. Clamat hõ ſepatione dĩuitatis moriturus. Nam cũ diuinitas mortis libera ſit, vtiq́ꝫ mors ibi eſſe non poterat, niſi vita deſcẽderet, qa vita diuinitas eſt. Hic videtur tradi ꝙ diuinitas ſepata ſit in morte ab homine, quę niſi diſceſſiſſet hõ ille mori nõ poſſet. Quod illi ad carnẽ referunt quã dicũt a deo ſepatã. Quibus rñdemus illã ſepationẽ ſic eſſe accipiendam: ſicut intelligit̃ derelictio, q̃ illis verbis ſignificat̃, vt quid me dereliquiſti. Quõ ergo chrũs derelictus erat

Opinio quorundã aſſerẽtiũ carnẽ a deitate diuiſã

Sup pñ. 67.

Auctatẽ inducũt Ambro. in expoſitione pñ. Math. 26. Joan. 14.

a patre, cum in cruce derelictũ ſe clamabat, Non receſſerat deus ab homine, ita ꝙ eſſet ſoluta vnio dei & hoīs. Alioquin fuit qđdã tpus, qñ chrũs adhuc viuus homo erat, & nõ deus, quia adhuc viuus ſe derelictũ clamabat non derelinquendũ. Si ergo illa derelictio vnionis intelligat̃ ſolutio, ante facta fuit ſolutio dei & hominis, q̃ chrũs mortuus eſſet. Sed quis hoc dicat. Fateamur ergo deũ quodammõ illũ hoīem in morte deſeruiſſe, qa ptãti perſequẽtium eũ expoſuit ad tpus, non ſuã potentiã exercendo illũ defendit, vt non moreret̃. Sepauit ſe diuinitas qa ſubtraxit ꝓtectionẽ, ſed non ſoluit vnionẽ. Sepauit ſe foris, vt non adeſſet ad defenſionẽ ſed nõ intus defuit ad vnionẽ. Si non ibi cohibuiſſet potẽtiã ſed exercuiſſet, non moreret̃ chrũs. Mortuus eſt chrũs diuinitate recedẽte .i. affectũ potẽtiæ defendendo nõ exhibẽte. Hic eſt hircus apõpeius, qui altero hirco ĩmolata in ſolitudinẽ mittebat̃, vt legit̃ in leui-

Leuit. 16. tico. Duo eñ hirci, humanitas & diuinitas chriſti intelligunt̃. Hu-

Sup Leuiticum. manitate ergo ĩmolata diuinitas chriſti in ſolitudinẽ abijt .i. in cœlũ. Vñ Eſitius. In ſolitudinẽ .i. in cœlũ tpe paſſiõis dĩnitas abijſſe

Eſaie. 53. dicit̃, nõ locũ mutãs ſed quodã mõ virtutẽ cohibẽs, vt poſſent impij cõſumare paſſionẽ. Abijt ergo .i. virtutẽ cohibuit & portauit

Leuit. 4. iniquitates noſtras, nõ vt haberet, ſed vt cõſumeret: deus eñ ignis conſumens eſt. Ex his ſatis oſtenditur præmiſſa verba Ambroſij

Alij ad idem inducũt auctoritatẽ ſic eſſe accipienda, vt prædiximus.

Alij quoq; auctoritati innitunt̃, qui aſſerũt diuinitatẽ in morte receſſiſſe ab hoīe, ſcđm carnẽ. Ait eñ Athanaſius: Maledictus

Qualit de hac auctõrate argumentãdo ꝓcedãt. qui totũ hominẽ quẽ aſſumpſit dei filius denuo aſſumptũ vel liberatũ: tertia die a mortuis reſurrexiſſe nõ confitet̃: fiat fiat. Si inquiunt denuo aſſumptus eſt homo in reſurrectione, quẽ aſſumpſerat

Rñſio. in incarnatione depoſuit: ergo eum in morte: ſepata ergo fuit diuinitas in morte ab humanitate. Quibus rñdemus ꝙ ſi in his verbis

aſſumptio talis intelligatꝰ,quę ſit ſcd'm vnionē non carnē tm̄ ſed totū hominē .i. animā & carnē denuo ſibi vniuit in reſurrectione,ꝗa nō ſimpliciter hominē, ſed totū hoīem aſſumptū dicit. Totū ergo hoīem in morte depoſuit.i.animā & carnē. Sed quis niſi hoſtis veritatis dicat animā a verbo depoſitā. Et tamē niſi hoc fateantur, ꝙ totus hō ſit aſſumptus: nō pro eis facit illa auctoritas quę totū dicit aſſumptū. Sciendū eſt ergo Athanaſiū id dixiſſe cōtra illorū pſidiā, qui reſurrectionē Chriſti negabant,putātes in morte detineri eum, qui ſolus inter mortuos liber eſt. Ideo illū maledicit qui nō confiteꝰ totū hominē denuo aſſumptū reſurrexiſſe.i.Chriſtū aīam denuo corpori cōiunxiſſe, & illis duobus denuo cōiunctis in reſurrectione vere ſcd'm hominē vixiſſe, ſicut ante mortē. Nam in morte ſeparata eſt anima a carne, vnde vere dicitur, Chriſtus mortuus, ſed neutrum ſeparatū eſt a verbo dei. Determinatio auctatꝭ.

Sicut Augu. ſup Ioannē docet, tractans illud domini verbū: Ego ponā animā meā, vt iterū ſumā eam. Nemo tollit eam a me ſed ego pono eam, a me ipſo ptātem habeo ponendi eam,& iterū ſumēdi eam,hic animā dicit emiſſā. A quo emiſſa eſt? A ſeipſa nō eſt emiſſa, ꝗa ſeipſam non poſuit, nec verbū animā poſuit, nec carnem. Caro ergo animā poſuit, ſed poteſtate in ſe manētis deitatis. Primo ergo deitatis anima diuiſa eſt a carne, ſed neutrum a verbo dei. Vn̄ Aug. Verbū ex quo ſuſcepit hominē .i. carnē & animā nunꝗ̄ depoſuit animā vt eſſet anima verbo ſepata, ſed caro poſuit animā qn̄ expirauit, qua redeūte reſurrexit. mors ergo ad tp̄us carnē & animā ſepauit, ſed neutrū a verbo dei. Caro ergo ponit & ſumit animā, non ptāte ſua ſed ptāte inhabitantis carnem deitatis. His euidenter tradiꝰ,nec animā nec carnē a verbo dei in morte eſſe diuiſam, vt aliquo mō ſoluta fuerit vnio. Vn̄ Aug. cōtra Felicianum. Abſit vt chrūs ſic ſenſerit mortē, vt quātū in ſe eſt vita, vitā

Auctatib' aſtruit a verbo carnē in morte nō eē diuiſam' Joan.10.

Sup Joan.

pdiderit, ſi eñi hoc ita eſſet, vitæ fons aruiſſet. Senſit ergo mortẽ participatiõem humani defectus quẽ ſpõte ſuſcepat, nõ naturę ſuę perdidit potẽtiam, per quã cũcta viuificat. Sic in ſepulchro chrũs carnẽ ſuã cõmoriẽdo non deſeruit, ſicut in vtero virginis cõnaſcẽdo formauit. Mortuus eſt ergo non diſcedẽte vita: ſicut paſſus eſt

Joan. 10. non pereũte potentia. Nemo tollit animã eius ab eo, quia ptãtẽ habet ponẽdi & ſumendi. Ecce & hic habes Chrm̃ non deſeruiſſe carnẽ in morte, & vitã non diſceſſiſſe a mortuo, & ꝙ ſpõte tradi-

In lib. 3. de ſpũ ſctõ. dit ſpiritũ non alius extorſit. Vñ Ambro. Emiſit Chrũs ſpũm, & tñ quaſi arbiter eruendi ſuſpendendiqꝫ corpis emiſit, ſpũm non amiſit: pendebat in cruce, & omnia cõmouebat. Sed vnde emiſit? Ex carne. Quo emiſit, Ad patrem.

Qua rõne chriſtus dicit̃ mortu⁹ & paſſus. Recedente vero anima, mortua eſt Chriſti caro, & quia caro mortua eſt, mortuus eſt Chrũs. Sicut eñi mortuus dicit̃ deus, qñ mortuus eſt hõ, ita mortuus homo dicit̃ qñ mortua eſt caro. Separatio animæ mors carnis fuit. Propter carnem ergo vnitã verbo quæ mortalis eſt dicit̃ deus mortuus, & ꝓpter carnẽ & animã, q̃ vtraqꝫ dolorẽ ſenſit, dicit̃ deus paſſus cũ diuinitas omnis doloris exors exiſteret. Vñ Aug. Verbũ caro factũ eſt, vt per carnẽ pa-

Ps. 129. nis cœleſtis ad infantes tranſiret: & ſcd'm hoc ipſum verbũ crucifixũ eſt, ſed non eſt mutatũ in hominẽ, hõ in illo mutatus eſt, vt melior fieret quã erat. Per illud ergo ꝙ homo erat, mortuus eſt deus: & per illud ꝙ deus erat, hõ excitatus eſt & reſurrexit. Quicquid paſſus eſt hõ, non põt dici non paſſus deus, qm̃ deus erat hõ Quõ non potes dicere te non paſſum iniuriam, ſi veſtis tua cõcidat̃ quãuis veſtis tua non ſit tua? multo magis ergo quicqd patit̃ caro vnita verbo, debet dici deus pati, licet verbũ nec mori nec corrũpi, nec mutari potuerit. Sed quicqd horũ paſſus eſt, in carne paſſus eſt. De hoc etiã Ambro. in lib. 4. de ſpũ ſctõ ait. Quod

verbi caro paciebaẗ, manēs in carne verbū in ſe ꝓ corporis aſſum ptione referebat vt pati diceret, q̄a caro patiebaẗ, ſicut ſcriptū eſt: Chrō in carne paſſo. Hic doceẗ qua rōne deus vł dei filius paſſus vel mortuus diciẗ, non q̄a mortē ſenſerit inquantū deus eſt, ſed q̄a ſ. caro ei vnita mortua eſt. Scd'm quā rōnem dicit Aug. Si q̄s dixerit atq; crediderit filiū dei deū paſſum, anathema ſit. Cuius dicti cauſam ex qua intelligentia ſumenda ſit, apiens in eodē ſubdit Si quis dixerit, ꝙ in paſſione dolorē ſentiebat filius dei deus & nō caro tm̄ cum anima, quā ſibi accepat: anathema ſit. Sane ergo dici pōt ꝙ mortuus eſt deus & nō mortuus: paſſus eſt dei filius & non paſſus. Paſſa eſt tertia pſona & non paſſa, crucifixū eſt verbum & non crucifixū: ſed ſcd'm alterā naturā paſſus eſt, ſcd'm alteram īpaſſibilis: Vñ Amb. Gn̄alis iſta eſt fides, q̄a Chrūs eſt dei filius: & natus ex virgine, quē quaſi gigantē ꝓpheta deſcribit, eo ꝙ biformis geminæq; naturæ vnus ſit, cōſors dīnitatis & corpis. Idem ergo patiebaẗ & nō patiebaẗ: moriebaẗ & nō moriebaẗ, ſepeliebaẗ & non ſepeliebaẗ: reſurgebat & nō reſurgebat. Reſurgebat ſcd'm carnē q̄ mortua erat, nō ſcd'm verbū qd' apud deū ſp manebat.

Petri 4.

In ſermōe de fide.

In lib. 3. de ſpū ſctō.

## DISTINCTIO XXII.

### Si Chriſtus in morte fuit homo.

HIc quæriẗ, vtrū in illo triduo mortis chrūs fuerit hō: ꝙ nō videẗ quibuſdā, q̄a mortuus erat, & hō mortuus non eſt homo. Addūt etiā ꝙ ſi tunc erat homo vel mortalis vel immortalis, ſed mortalis nō, q̄a mortuus nec īmortalis, q̄a tm̄ poſt reſurrectionē. Quibus rn̄demus: quia licet hō mortuus fuerit, erat tn̄ in morte deus hō, nec mortalis quidē nec īmortalis, & tn̄ vere erat hō. Ille eīn & huius argutie in creaturis locū habēt, ſed fidei ſacramentū a phīcis argumētis eſt liberū: Vñ Amb. Aufer argumēta vbi fides quæritur: In ipſis

De 3ñtib⁹ mortē chri. Opio quorundam.

Rñſio qua ꝯfirmat ꝙ hō ⁊ q̄liter.

In li. 1. d' tr.

gymnaſijs ſuis iam dialectica taceat, piſcatoribus credit̃ non diale-
cticis. Dicimus ergo in morte Chriſti deũ vere fuiſſe hoĩem, & tñ
mortuũ. Et hominẽ quidẽ nec mortalẽ nec ĩmortalẽ: quia vnitus
erat aĩę & carni ſeiũctis. Alia eñ rõne dicit̃ deus homo: vel homo
deus, q̃ Martinus vel Ioannes: Homo eñ dicit̃ deus, et ecõuerſo
In li. ſ. õ tr. ꝓpter ſuſceptionẽ hoĩs .i. animę & carnis. Vñ Aug. Talis erat ſu-
ſceptio illa quæ deũ hominem faceret, & hominẽ deũ. Cum ergo
illa ſuſceptio per mortẽ non defecerit: ſed deus hoĩ & homo deo,
Intelligentia vero non modo de æternis eſt,ſed etiã de rebus inuiſi bilibus & ſpũalibus temporalit̃ exortis. Per eam eñ & natura ſum ma quæ fecit omnes naturas.i.diuina cõſideraẽ,& quæ poſt ipſã ſunt ſpũales & inuiſibiles naturę vt angeli & omnes animæ bonę affectiones cõſpiciunt. In hoc ergo differẽtia eſt quia ſapiẽtia crea tor tm̃ cõſpicit,intellectu vero & creator & creaturę q̃dam. Item intellectu intelligibibilia capimus tm̃,ſapiẽtia võ nõ mõ capimus ſuperiora,ſed etiã ĩcognitis delectamur. ¶ Sic ergo diſtĩgui põt int̃ illa tria.ſ.intellectũ,ſciẽtiã & ſapiẽtiã. Sciẽtia valet ad rerũ tẽporaliũ rectã adminiſtrationẽ,& ad bonã int̃ malos cõuerſationẽ. Intelligẽ tia vero ad creatoris & creaturarũ inuiſibiliũ ſpeculationẽ. Sapiẽ tia vero ad ſolius æterni veritatis cõtẽplationẽ & delectationẽ

Quõ differũt ſciẽtia intelligentia & ſapiẽtia.

Et notandũ q̧ intellectus & ſcientia quæ dicunt̃ dona ſpiritus ſancti,alia ſunt ab intellectu & ſcientia quę naturalit̃ ſunt in anima hominis,hec eñ virtutes ſunt quæ p̱ gratiã infundunt̃ animis fide lium:vt per eas recte viuãt. Illa vero naturalit̃ habet homo ex be neficio creatiõis a deo tamẽ. Per has autẽ virtutes quæ dicunt̃ do na ſpiritus ſancti illa naturalia reformant̃ atq; adiuuant̃, vt verbi gratia, Intellectus naturalis pctõ obtenebratus:p̱ virtutẽ quãdã & gratiã quæ dicit̃ ſpũs intelligẽtiæ reformat̃ atq; adiuuat̃ ad intelli gẽdũ. Ita & p̱ illã virtutẽ quæ dicit̃ ſpũs ſapiẽtiæ iuuat̃ atq; eri git̃ mẽtis rõ ad cõtẽplationẽ & delectationẽ æternæ veritatis.

Quõ intellectus & ſcientia de quib⁹ hic agit̃ non ſunt illa que naturaliter habet homo

Illud etiã ſciendũ eſt q̧ ſapientia de qua nunc diſſerimus,nõ eſt illa ſapientia dei (vt ait Aug.) que deus eſt,ſed hominis ſapiẽtia vera tñ quæ ſecundũ deum eſt ac verus & p̃cipue cultus eius eſt. Si ergo colat mens hominis deum cuius ab eo capax facta eſt,& cuius eſſe particeps põt ſapiens ipſa fit & non luce ſed ſũme illius lucis participatione ſapiens fit. Iſta ergo hominis ſapientia etiã dei eſt,verum nõ ita dei eſt,vt ea ſapiẽs ſit deus. Non eñ participatiõe

Quõ ſapiẽtia iſta dei eſt nec eſt illa q̃ deus eſt. In li.14.de trinitate.

ſui ſapiens eſt ſicut mens participatione dei. Sic etiam dicitur iu⸗ſtitia dei non ſolum illa qua ipſe iuſtus, eſt ſed etiam illa quam dat homini cum iuſtificat impium.

## DISTINCTIO XXXVI

De cõnexione virtutum que non ſeparatur.

[De cõnexionibus habituum gratuitorum. Hiero⁹. ſup Eſa. lj]

SOlet etiam queri vtrum virtutes ita ſint ſibi coniũcte vt ſeparatim non poſſint poſſideri ab aliquo, ſed qui vnam habet omnes habeat? De hoc etiam Hiero. ait, Omnes virtutes ſibi hærent vt qui vna caruerit omnibus careat. Qui ergo vnam habet omẽs habet. Quod quidẽ ꝓbabile eſt, Cum eñ cha⸗

[Super Joã.] ritas mater ſit omniũ virtutũ, in quocũq; mater ipſa eſt .ſ. charitas & cũcti filij eius .i. virtutes recte fore credunt̃, Vñ Aug. Vbi cha

[Auguſtinus ad Hiero. Rom. 13] ritas eſt q̃d eſt quod poſſit deeſſe. Vbi autem non eſt, quid eſt qd̃ poſſit ꝓdeſſe. Cur ergo non dicimus qui hanc virtutẽ habet omẽs habet, cum plenitudo legis ſit charitas, quæ quãto magis eſt in ho⸗mine, tãto magis eſt virtute ꝑditus, quãto vero minus tãto minus

[Si cũcte virtutes pariter ſint in quocũq; ſunt.] ineſt virtus, & quãto minus ineſt virtus tãto magis ineſt vitium.

Vtrum vero pariter quis omnes poſſideat virtutes, an alie ma⸗gis alie minus in aliquo ferueant queſtio eſt, Quibuſdã eñ videt̃ quod alie magis alie minus habeant̃ ab aliquo, ſicut in Iob patiẽtia emicuit, in Dauid humilitas, in Moyſe mãſuetudo, qui etiam cõce dunt magis aliquẽ mereri per aliquã vnã virtutẽ q̃ per aliam, ſicut eam plenius habet quã aliam. Non tamẽ magis per aliq; mereri di cunt q̃ per charitatẽ, nec aliq̃ plenius a quoq; haberi q̃ charitatem Alias ergo magis & alias minus in aliq̃ eſſe dicũt, ſed nullam ple⸗

[j. Cor. j.] nius charitate quæ ceteras gignit: Haſq; dicunt eſſe multas facies quas memorat apoſtolus dicens, Ex perſonis multarũ facierũ &c Alij verius dicunt omnes virtutes & ſimiles & pares eſſe in quo cunque ſunt, vt qui in vna alteri par extiterit, in omnibus eidem

æqualis ſit. Vñ Aug. Virtutes quæ ſunt in animo hũano, quãuis In s. li. de
alio & alio modo ſingule intelliganť, nullomõ tamẽ ſeparanť ab trini.
inuicẽ, vt quicunq; fuerint æquales: verbi gratia, in fortitudine,
æquales ſunt & prudẽtia & iuſtitia & tempantia. Si eñi dixeris
æquales eſſe iſtos in fortitudine, ſed illũ pſtare prudentia, ſequiť
vt huius fortitudo minus prudens ſit, ac per hoc nec fortitudine
æquales ſunt, quia eſt illius fortitudo prudentior, atq; ita de cæte-
ris virtutibus inuenies, ſi oẽs eadẽ conſideratione percurras. Ex
his clareſcit oẽs virtutes, nõ modo eſſe cõnexas, ſed etiam pares in
animo hominis. Cum ergo diciť aliquis aliqua pminere virtute,
vt Abraã fide: Iob paciẽtia, ſecundũ vſus exteriores accipiendum
eſt, vel in cõparatione aliorũ hominũ, qa vel humilitatis habitum
maxime pfert, vel opus fidei, vel alicuius cæterarũ virtutũ pcipue
exequiť. Vñ & ea p alijs pollere, vel inter alios homines ſingula-
riter excellere diciť: Secundũ hunc modũ .ſ.ſcd'm rationẽ actuum In epl'a ad
exteriorũ, vt alibi Aug. dicit, in aliquo aliã magis eſſe virtutem, Hierony.
aliã minus, & vnam ineſſe virtutẽ & non alterã. Ait eñ ſic: Cla-
riſſima diſputatione tua: ſatis apparuit non placuiſſe auctoribus
noſtris, immo ueritati ipſi omnia paria eſſe pctã, etiã ſi hoc de vir-
tutibus verũ ſit, qa & ſi verũ eſt eum, qui habet vnã omnes virtu-
tes habere, & eum qui vnã non habet nullã habere, nec ſic pctã
ſunt paria: quia vbi virtus nulla eſt, nihil rectũ eſt, nec tamẽ ideo
non eſt prauo prauius, diſtortoq; diſtortius. Si aũt qđ puto eſſe
verius, ſacriſq; litteris congruẽtius: ita ſunt animę intẽtiones vt cor
poris mẽbra, non q videanť locis, ſed q ſentiantur affectibus, &
alius illuminať amplius, alius minus, alius oĩno caret lumine, p-
fecto vt qſq; illuſtratiõe pie charitatis affectus eſt, in alio actu ma
gis, in alio minus, in aliquo nihil: ſic dici poteſt habere aliã, & aliã
non habere, & aliã magis, aliam minus. Nam & maior eſt in iſto

charitas q̃ in illo, & ideo recte poſſumus dicere, & aliqua in iſto
nullã in illo, quantũ ꝑtinet ad charitatẽ quæ pietas eſt, & in vno
homine quidẽ ꝙ maiorẽ habeat pudicitiã q̃ patientiã, & maiorẽ
hodie q̃ꝫ heri ſi ꝓficit in ea, & adhuc non habeat cõtinentiã, & ha
beat non paruã miſericordiã. Et vt gñaliter breuiterq; cõplectar
quã de virtute habeo notionẽ, virtus eſt charitas qua id qđ dili⸗
gendũ eſt diligit̃, hæc & in alijs maior eſt in alijs minor, & in alijs
nulla eſt: pleniſſima vero quæ iam non poſſit augeri quãdiu hic
hõ viuit in nemine eſt. Hic inſinuari videt̃, ꝙ aliquis ea rõne poſ⸗
ſit dici habere vnã virtutẽ magis q̃ aliã, quia per charitatẽ magis
afficit̃ in actu, vnius virtutis q̃ alterius, & ꝓpter differentiã actu⸗
um ipſas virtutes magis vel minus habere dicit̃. Põt & aliquã nõ
habere, cum tamen ſimul oẽs, & pariter habeat quantũ ad mentis
habitũ vel eñtiã cuiuſq;. In actu vero aliam magis aliã minus ha⸗
bet: aliã etiã non habet, vt vir iuſtus vtẽs coniugio non habet cõ⸗
tinentiã in actu, quã tamẽ habet in habitu. Cur ergo non dicant̃
paria peccata? Forte quia magis facit cõtra charitatẽ, qui grauius
peccat, minus qui leuius. Nemo eñ peccat niſi aduerſus illam fa⸗
Rom. 13. ciendo quę eſt plenitudo legis. Ideo recte dicitur: Qui offenderit
Iacobi. 2. in vno factus eſt omniũ reus, ideſt contra charitatem facit in qua
pendent omnia.

Repetit de charitate vt addat: quõ tota lex ex ea pendet. Math. 22.

Cum duo ſint p̃cepta charitatis, in quibus vt p̃taxatũ eſt to⸗
ta lex pendet & ꝓphetæ: aduertendũ eſt quõ hoc fit: cum in lege
& ꝓphetis multa fuerint cerimonialia mãdata, quaſi ad charitatis
ſanctificationẽ ꝑtinuiſſent, viderent̃ nondũ debuiſſe ceſſare. Quia
vero non iuſtificatiõis quã facit charitas inſtituta ſunt, ſed in figu⸗
ra futuri, & in onus poſita: ideo clareſcente veritate ceſſauerũt ve⸗
lut vmbra. Verumtamẽ & ipſa cerimonialia ſecundũ ſpũalem in⸗
tellectũ quę continent, & omnia moralia ad charitatẽ referuntur.

Pertinent em̄ omnia ad decē mādata in tabulis ſcripta, vbi omniū ſumma pſtringit̄, ex quibus cætera emanant, ſicut in ſermone domini octo virtutes p̄mittunt̄. ad quas cætera referunt̄. Et ſicut ad decē mandata decalogi cætera referunt̄, ita & ipſa decem ad duo mādata charitatis ptinent. Omnia ergo ad duo mādata charitatis ptinent, qa per charitatē implent̄, & ad charitatē tanq̄ ad finem referri debent. Vn̄ Augu. Totā magnitudinē & amplitudinē diuinorū eloquiorū poſſidet charitas, qua deū ꝓximumq̄ diligimus quæ radix eſt omniū bonorū. Vn̄ veritas ait: In his duobus mādatis vniuerſa lex pendet & ꝓphetæ. Si ergo nō vacat omnes paginas ſanctas pſcrutari, omnia inuolucra ſermonū euoluere: tene charitatē vbi pendēt omnia, quia pfectio eſt & finis omniū. Tūc em̄ & p̄cepta & cōſilia recte fiunt cum referunt̄ ad diligendū deū & ꝓximū ꝓpter deum. Quod vero timore pœnę, vel aliqua intentione carnali fit vt non referat̄ ad charitatē, nondū fit ſicut fieri oportet, quāuis fieri videat̄. Inimicus em̄ iuſticiæ, eſt qui pœnę timore non peccat. Amicus vero iuſtitiæ qui eius amore non peccat. Omniū ergo hæc ſumma eſt, vt intelligat̄ legis, & omniū diuinarū ſcripturarū plenitudo eſſe dilectio dei & ꝓximi.

In li. de doctri. xpiana
Math. 22.
Aug. in enchiridion.
Auguſt. ad Anaſtaſium
Aug. de doctri. xpiana

## DISTINCTIO XXXVII:

De decē præceptis quō contineant̄ in duobus mādatis charitatis.

SEd iam diſtributio decalogi, quæ in duobus mandatis complet̄ conſideranda eſt. Habet em̄ decalogus decem p̄cepta quæ ſunt decachordū pſalterium, que ſic ſunt diſtributa: vt tria q̄ ſunt in prima tabula pertineāt ad deū. ſ. ad cognitionē & dilectionē trinitatis, ſeptem quæ ſunt in ſecunda tabula ad dilectionem proximi.

De p̄ceptorū decalogi diſtinctione cōparatiōe ad ſcripturā tabularū
Aug. de decē chordis.

Primum in prima tabula eſt. Non habebis deos alienos, nō facies tibi ſculptile, neq̄ omnem ſimilitudinem. &c. Hæc Orige-

De primo p̄cepto.
Exodi. 20.
Deut. 5.

nes dicit eſſe duo mandata: ſed Aug. vnũ:hoc eñ ipſum quod di-
xerat, non habebis deos alienos pfectius explicat,cum phibet co-
li figmenta .ſ. idolũ vel ſimilitudinẽ alicuius rei, quæ duo Orige-
nes ita dicit diſtare: vt idolũ ſit quod nihil habet ſimile ſui:ſimilitu-
do vero quod habet ſpeciem alicuius rei: vt verbi gratia. Siquis
in auro vel in ligno, vel alia re faciat ſpeciem ſerpentis,vel auis vel
alterius rei,& ſtatuat ad adorandũ, nõ idolũ ſed ſimilitudinẽ fecit.
Qui vero facit ſpẽm quã non vidit oculus, ſed animus ſibi finxit,
vt ſi quis hũanis mẽbris caput canis vel arietis formet, vel in vno
habitu hominis duas facies,non ſimilitudinẽ, ſed idolũ facit: quia
facit qđ non habet aliqd ſimile ſui. Ideo dicit apoſtolus, qa idolũ

j. Cor.8. Quõ idolũ nihil eſſe dicat in mũdo

nihil eſt in mũdo. Non eñ aliqua ex rebus conſtantibus aſſumit
ſpẽs, ſed quod mens ocioſa & curioſa reperit. Similitudo vero eſt
cum aliqd ex his quæ ſunt vel in cœlo vel in terra vel in aqs for-
mat.

Sup Joan.

Aug. vero ita exponit illud: Idolũ nihil eſt in mũdo .i. inter
creaturas mundi non eſt forma idoli, materiã eñ formauit deus:
ſed ſtulticia hominũ formã dedit. Quæcunq; facta ſunt naturali-
ter facta ſunt per verbũ, ſed forma hominis in idolo non eſt facta
per verbũ, ſicut peccatũ non eſt factũ per verbũ, ſed eſt nihil, &
nihil fiũt homines cum peccãt: Sed quærit quõ hic dicat forma
idoli non eſſe facta per verbũ cum alibi legat. Omnis forma, om-
nis cõpago, omnis cõcordia partiũ facta eſt per verbũ. Hoc aũt a
diuerſis varie ſoluitur. Quidam eñ dicũt omnẽ formã & qcquid
eſt a deo eſſe inquantũ eſt: & forma idoli inquantũ eſt,vel inquã-
tũ forma eſt a deo eſſe, ſed non inquantũ idoli eſt .i. poſita ad ado-
randũ. In hoc eñ non eſt creatura ſed pverſio creaturæ. Sicut il-
lud qđ peccatũ eſt inquantũ peccatũ eſt, nihil eſt, & homines cũ
peccant nihil fiunt, qa ab illo qui vere eſt ſeparant. Vnde Hierõ.
Quod ex deo non eſt, qui ſolus vere eſt, non eſſe dicitur. Ideoq;

Quõ in expoſitione horũ verborũ oĩa per ipm facta.

Hiero. ſup Ezechielẽ.

peccatũ quod nos a vero eſſe abducit nihil eſſe vel non eſſe dicit͂. Alij vero dicũt omnẽ formã quæ.ſ. naturaliter eſt, & omne quod naturaliter eſt eſſe a deo, ſed forma idoli non eſt naturaliter, quia naturæ iuſticiæ nõ ſeruit. Id em̃ naturaliter eſſe dicit͂, quod ſim-plici naturæ iuſticiæ quæ deus eſt militat non reſultat, & naturã creatã non vitiat. Secundũ p̃ceptũ eſt: Non aſſumes nomen dei tui inuanũ. Quod eſt dicere ſcd'm litterã. Nõ iurabis ꝑ nihilo nomen dei. Allegorice vero præcipit͂ vt non putes creaturam eſſe Chriſtũ dei filiũ, q̃a omnis creatura vanitati ſubiecta, ſed æqualem patri. Tertiũ vero p̃ceptum: Memẽto vt diẽ ſabbati ſanctifices vbi ſecundũ litterã p̃cipit͂ ſabbati obſeruantia. Allegorice vero vt requiẽ, & hic a vicijs, & in futuro in dei cõtemplatione expectes ex ſpũ ſctõ .i. ex charitate & dono dei, nõ ꝙ ſpũs ſanctus ſine pa-tre & filio hoc operet͂. Accepit vtiq; eccl'ia hoc donũ vt in ſpũ ſan cto fiat remiſſio pctõrum, quã remiſſionẽ cum trinitas faciat, pro prie tñ ad ſpũm ſanctũ dicit͂ p̃tinere: q̃a ipſe eſt ſpũs adoptiõis fi-liorũ. Ipſe eſt patris & filij amor & cõnexio vel cõmunitas. Ideoq; iuſtificatio noſtra & reges ei attribuit͂ ſepius. Hæc ſunt tria man-data primæ tabulę ad deũ p̃tinentia. Et primũ quidẽ quod eſt de vno deo colendo p̃tinet ad patrẽ in quo eſt vnitas vel auctoritas. Secundũ ad filiũ in quo eſt coequalitas. Tertiũ ad ſpũm ſanctum in quo eſt vtriuſq; communitas.

De ſcdõ p̃-cepto p̃ime tabule.
Iſidorus ſu per exodum
Rom. 8.
De tertio p̃cepto.
Exodi. 20.
Quare i ſpũ ſctõ dicit͂ p̃ p̃ie fieri re-miſſio pctõ-rum.
Rom. 8.
Augu. de blaſphemia ſpũs ſancti.

In ſecunda vero tabula ſeptẽ erant mandata ad dilectionẽ p̃-ximi p̃tinentia: quorũ primũ ad patrẽ carnalẽ refert͂, ſicut primũ primæ tabulæ ad patrẽ cœleſtẽ. Quod eſt, honora patrẽ tuũ & matrẽ tuã, vt ſis longeuus ſup terrã .ſ. viuentiũ. Parẽtes vero ſic ſunt honorãdi, vt eis debita reuerentia exhibeat͂, & neceſſaria mi-niſtrent͂. Secundũ eſt non occides: vbi ſecundũ litteram actus homicidij ꝓhibet͂. Secundũ ſpũm vero etiam voluntas occidendi.

De mãdatis ſcõe tabule
Scdm p̃ce-ptũ ſcõe ta-bule.
Math. 5.

Vnde huic mādato ſcd'm litteram fit ſupadditio in euangelio, qꝛ littera euangelij exprimit: quod legis littera non exprimebatur: Euangelij littera exprimit intelligentiā ſpūalem.i. quā ſpūales hn̄t, & ſecundū quā ſpūaliter viuit. Littera legis ſenſum carnalē.i. quē carnales hn̄t, & ſecundū quē carnalit viuit, cui facta eſt ſuperadditio.

De tertio pcepto.

Augu. ſup Exod. 32.q. 4. ca. Meretrices.

Tertiū eſt: Non mechaberis .i. ne cuilibet miſcearis excepto fœdere matrimonij. aperte eñ totū intelligit. Nomine ergo mœchię omnis cōcubitus illicitus, illorū quoqꝫ membrorū non legitimus vſus phibitus debet intelligi.

De quarto pcepto:

Quartū eſt. Non furtū facies, vbi ſacrilegiū & rapina omnis phibet. Non eñ rapinā pmiſit qui futurū phibuit, ſed furti nomine bene intelligi voluit omnē illicitā vſurpationē rei alienæ:

Quid ſacrilegium.

Sacrilegiū tribus modis cōmittit qn̄ .ſ. vel ſacrū de ſacro, vel non ſacrū de ſacro, vel ſacrū de non ſacro auferī. Sacrū vero dicit quicquid mancipatū eſt cultui diuino, vt eccleſia vel res eccleſiæ, Hic etiā vſura prohibet, que ſub rapina continet.

Hiero⁹ in q dam epſa.

Vnde Hiero. Vſuras quærere vel fraudare, aut rapere nihil intereſt. Commoda fratri tuo & accipe quod dediſti & nihil ſupfluum quæras, qꝛ ſuperabūdantia in vſura cōputat.

Sup pſ. 54.

Eſt eñ vſura( vt ait Aug.)Cum quis plus exigit in iniuria vel qualibet re q̄ accepit:

Sup Ezechiel. 14. q. 3. ca. putāt.

Item Hiero. Putāt aliqui vſurā tm̄ eſſe in pecunia ſed intelligāt vſurā vocari ſuperabundantiā .ſ. qcquid eſt ſi ab eo quod dederit plus eſt, vt ſi in hyeme demus decem modios: & in meſſe, xv recipiamus.

Si furtū fecerūt filij iſrael qn̄ expoliauerunt Egyptios.

Si vero querit de filijs iſrael, qui domino iubente ab egyptijs mutuauerūt vaſa aurea & argētea, & veſtes pcioſas, & aſportauerunt, vtrū furtū comiſerint: Dicimus eos qui vt parerēt deo iubente illud fecerūt, non feciſſe furtū, nec omnino peccaſſe.

Sup Exod.

Vnde Aug. Iſrahelite non furtū fecerūt, ſed deo iubente miniſteriū pbuerūt. Hoc eñ deus iuſſit qui legē dedit ſicut miniſter iudicis ſine pctō occidit, quē lex pcipit occidi: ſed ſi id ſpō-

te facit homicida eſt, etiã ſi eum occidat quẽ ſcit a iudice occidendum. Infirmi aũt qui ex cupiditate egyptios deceperũt, magis p̄miſſi ſunt hoc facere illis, qui iure talia paſſi ſunt: q̃ iuſſi. Hic opponit̃ q̄ etiã boni in iſto ope peccauerũt, quia naturalẽ legem cui cõcordat euangeliũ & lex moralis p̄ceptiõis tranſgreſſi ſunt quæ eſt Quod tibi non vis fieri alij ne feceris, quã veritas ſcripſit in corde hoĩs, & quia non legebat̃ in corde, iterauit in tabulis: vt voce forinſecus admota, rediret ad cor, & ibi inueniret quod extra legeret. Hanc ergo illi p̄uaricari vident̃ in illo facto alijs faciẽtes quod nolebant ſibi fieri. Sed ibi ſubintelligendũ eſt iniuſte: vt non alij ideſt iniuſte facias qđ tibi non vis fieri, alioquin huius p̄uaricator eſt iudex dum punit reũ nolẽs aliqd tale ſibi fieri. Ita etiam & illud dñi verbũ: Omnia quæcũq; vultis vt faciãt vobis hoĩes: &c̃. de bonis accipiendũ eſt quæ nobis inuicem exhibere debemus.

Aug. ſuper pẽ 15. q. 51. c. dixit dñs

Eſa. 46. Preuaricatores redite ad cor.

Math. 6. Luce. 7.

Quintũ p̄ceptũ eſt. Non loquaris cõtra p̄ximũ tuũ falſũ teſtimoniũ, vbi crimẽ mẽdacij & piurij p̄hibet̃. Solet aũt quæri: vtrum p̄hibitũ ſit omne mendaciũ? Quidã dicũt illud tm̃ prohiberi qđ obeſt & non prodeſt ei cui dicit̃. Tale em̃ nõ eſt aduerſus p̄ximũ vt ideo videat̃ hoc addidiſſe ſcriptura. Sed de mendacio magna quæſtio eſt, quæ nec cito explicari poteſt.

De quinto p̄cepto.

Aug. ſuper Exodũ. ſ. ſi oẽ mẽdaciũ ibi p̄hibet̃.

## DISTINCTIO XXXVIII

De diſtinctione præceptorum reſpectu obliquitatum eiuſdem oppoſitarũ, & ait primo de mendatio,

De triplici genere mẽdacij.

SCiendũ tamẽ tria eſſe genera mendaciorum, Sunt em̃ mendacia quædã pro ſalute vel cõmodo alicuius non malitia ſed benignitate dicta, qualiter obſtetrices mentite ſunt & raab. Eſt & aliud mendacij genus quod fit ioco quod non fallit. Scit em̃ cui dicit̃ cauſa ioci dici, & hæc duo genera mẽdaciorũ non ſunt ſine culpa, ſed non cum magna. Perfectis vero

Pſ. 5. Exodi. 1. Joſue. 2.

non conuenit mentiri, nec etiã pro tpali vita alicuius, ne pro cor-
pore alterius animã ſuam occidant. Licet aũt eis verũ tacere, ſed
non falſum dicere, vt ſi quis non vult hominẽ ad mortẽ ꝓdere ve-
rũ taceat, ſed non falſum dicat. Tertiũ vero genus mẽdacij eſt, qđ
ex malignitate & duplicitate ꝓcedit cũctis valde cauendũ. His vi
deẽ innui mendacia illa, quæ fiunt ioco vel pro ſalute alicuius im-
perfectis eſſe venialia pctã: ꝑfectis vero illud, quod pro cõmodo
alterius diciẽ eſſe damnabile, qđ etiam de mendacio iocoſo putari
poteſt, p̃cipue ſi itereẽ. De mendatio aũt obſtetricum & raab ꝙ

Qđ mẽda-
ciũ obſtetri
cum: & raab
fuit veniale

fuerit veniale Aug. tradit dicẽs. Forſitan ſicut obſtetrices non re-
munerate ſunt, qa mẽtite ſunt, ſed quia infantes liberauerũt, & ꝓ-
pter hanc miſericordiã veniale fuit peccatũ, non tamen nullũ: ſic
Raab liberata eſt ꝓpter liberationẽ exploratorũ, pro qua fuit ve-
niale peccatũ. Sed ne putet quiſq; in cæteris peccatis, ſi ꝓpter libe
rationẽ hominũ fiant ita poſſe cõcedi veniã: multa eñ mala dete-

Aug. in en-
chiridion.

ſtãda talẽ ſequunẽ errorẽ. Poſſumus eñ & furãdo alicui ꝓdeſſe:
ſi paup cui daẽ ſentit cõmodũ, & diues cui tolliẽ non ſentit incõ-
modũ. Ita & adulterando poſſumus ꝓdeſſe, ſi aliqua niſi ad hoc
ei conſentiaẽ appareat amando moritura, & ſi vixerit pœnitendo
purganda, nec ideo peccatũ graue negabiẽ tale adulteriũ. Scien-

De octo ge
neribus mẽ
dacij. 22.q.2
ca. Primus
eſt capitale.
Et ibi vide
ſñiam gñalẽ
totius hui⁹
capituli.

do eſt etiã octo eſſe genera mendacij: vt Aug, in lib. de mendacio
tradit. Quæ diligenter notanda ſunt, vt appareat quod mendaciũ
ſit veniale & quod dãnabile. Primũ capitale eſt mendaciũ, lõgeq;
fugiendũ, quod fit in doctrina religiõis: ad quod nulla cauſa quiſq;
debet adduci. Secundũ quod tale eſt, vt nulli ꝓſit ſed obſit alicui.
Tertiũ quod ita ꝓdeſt, alteri vt alteri obſit. Quartũ ſola mẽtiendi
fallendiq; libidine, quod maximũ mendacium eſt. Quintum qđ
ſit placendi cupiditate de ſua viloquio. His omnibus euitatis, ſeqẽ
ſextũ genus, quod & nulli obeſt & ꝓdeſt alicui, vt ſiquis pecuniã

alicuius iniuſte eſſe tollenda, ſciẽs vbi ſit, neſcire ſe mentiat̃: Septi
mũ quod & nulli obeſt & ꝓdeſt alicui: vt ſi quis nolẽs hominem
ad mortẽ quæſitũ ꝓdere mentiat̃, Octauum quod nulli obeſt, &
ad hoc ꝓdeſt: vt ab immunditia corꝑis aliquẽ tueat̃. In his autẽ
tanto minus peccat quiſq; dum mentiat̃, quanto magis a primo
recedit. Quiſq; vero aliquod genus eſſe mendacij quod peccatũ
non ſit putauerit. Decipit ſeipſum turpiter: cũ honeſtũ eſſe dece-
ptorẽ aliorũ arbitret̃. Omne ergo genus mendacij ſummoꝑe fu-
ge, quia omne mendacium non eſt a deo.

Quid ſit mẽdacium.

Hic videndũ eſt quid ſit mendacium, & quid ſit mentiri. De-
inde vtrũ omne mendaciũ ſit pc̄tm̄ & quare? Mendaciũ eſt ( vt
ait Aug ) falſe ſignificatio vocis cũ intẽtione fallẽdi, vt ergo men-
daciũ ſit: neceſſe eſt vt falſum proferat̃, & cum intentiõe fallendi.

Contra mẽdacium:

Hoc em̃ malũ eſt ꝓprium mencientis aliud habere clauſum in cor
de, aliud promptum in lingua.

Idem in enchiridion. c. 6.

Mentiri vero eſt loqui contra hoc quod animo ſentit quis ſiue
illud verũ ſit ſiue non. Omnis ergo qui loquit̃ mendaciũ mentitur
quia loquit̃ contra hoc quod animo ſentit .i. voluntatẽ fallendi,
ſed non omnis qui mentit̃ mendaciũ dicit, quod verũ eſt loquitur
aliqñ mentiendo, ſicut econuerſo falſum dicendo, aliqñ verax eſt.
Vñ ait Aug. Nemo ſane mẽtiẽs iudicandus eſt, qui dicit falſum
quod putat verũ, quia quantũ in ipſo eſt non fallit ipſe, ſed fallit̃.
Non ergo mendacij arguendus eſt qui falſa incautus credit, ac ꝓ
veris habet. Potiuſq; econtrario ille mentit̃ qui dicit verũ quod pu
tat falſum. Quantũ em̃ ad animũ eius attinet non verum dicit, qa
non quod ſentit dicit ꝙuis verũ inueniat̃ eſſe quod dicit, nec ille
liber eſt a mendacio, qui ore neſciẽs loquit̃ verum, ſciens autem
voluntatem mentit̃. Hic quæri ſolet, ſi iudeus dicat Chriſtũ eſſe
deum, cum non ita ſentiat animo vtrũ loquat̃ mendacium? Non

Quid ſit mẽtiri.

In enchiri.

Nõ de iudeo q̇ dicit xp̄m eſſe deũ

eſt mendaciũ quod dicit, quia licet aliter teneat animo: verũ tamẽ
eſt quod dicit, & ideo non eſt mendaciũ, mentiť tamẽ illud ꝙ ve
rum eſt dicens: Quod vero omne mendacium ſit peccatũ Augu.

Quod omne mendaciũ ſit peccatũ. Aug. in ench.

inſinuat. Mihi inquit videť omne mendacium eſſe peccatum, ſed
multũ intereſt, quo animo & de quibus rebus quiſqꝫ mentiatur.
Non eñ ſic peccat, qui cõſulendi, vt qui nocendi voluntate mẽti-
tur, nec tamẽ nocet qui viatorẽ menciendo in diuerſo itinere mit-
tit, quantũ qui viã vitæ mentiendo deprauat. Porro omne men-
dacium ideo dicendũ eſt eſſe peccatũ, quia hoc debet loqui homo

Quare omne mẽdaciũ ſit peccatũ.

qđ aĩo gerit, ſiue illud verũ ſit ſiue puteť, & non ſit. Verba eñ iõ
ſunt inſtituta: nõ vt ꝑ ea hoies inuicẽ fallãt, ſed ꝑ ea in alterius noti-
tiã ſuas cogitatiões ferãt. Verbis ergo vti ad fallaciã nõ ad qđ ſunt
inſtituta, peccatũ eſt. Nec ideo etiã vllũ mẽdaciũ putandũ eſt nõ

Aug. in enchiridion ꝙ non iõ mendaciũ nõ eſt peccatũ q̃a ꝓdeſt.

eſſe peccatũ: quia poſſumus alicui aliqñ ꝓdeſſe mentiendo. Poſſu
mus eñ vt prædictũ eſt, & furando & adulterando ꝓdeſſe. Mẽ
daciũ quoqꝫ non tunc tm̃ eſſe poſſumus dicere: qñ aliquis leditur.

Aug. ſup leuiticum.

Cum eñ a ſciente dicitur, falſum mendaciũ eſt, ſiue quis ſiue nemo
ledať. Ecce ex his conſtat omne mendacium eſſe peccatũ, non ta-

Hic ſoluit: quõ ſupra poſita.

men de omni mendacio accipiendũ eſt illud prius. Perdes omnes

Pſal. 5. Sap. 1.

qui loquunť mendacium. Nec illud: Os quod mentiť occidit ani-
mam. Nec omne mendacium iſto p̃cepto prohiberi videť, nec p̃-
miſſa deſcriptione mendacium ioci includi:

Ubi cum periculo errat vel non. Aug. in enchi. ca. 16.

Illud etiã ſciendum eſt ꝙ in quibuſdam rebus magno malo:
in quibuſdã paruo in quibuſdam nullo fallimur. In quibus rebus
nihil intereſt ad capeſcendũ dei regnũ: vtrum credanť an non: vel
vtrum vera putentur an falſa, ſiue ſint ſiue non in his errare. i. aliud
pro alio putare non arbitrandũ eſt eſſe peccatũ, vel ſi eſt minimũ
atqꝫ leuiſſimũ. Et ſunt vera quædam q̃uis non videanť quæ niſi
credanť, ad vitã æternã non poteſt ꝑueniri, Et licet error maxima-

cura cauendus ſit, non modo in maioribus ſed etiã in minoribus rebus, nec niſi rerum ignorantia poſſit errari, non eſt tamen conſequens vt continuo erret, qſqs aliquid neſcit: ſed ſi quiſqs ſe exiſtimat ſcire ꝙ neſcit: Pro vero em̃ approbat falſum ꝙ eſt erroris propriũ. Verumtñ in qua re quiſqs erret intereſt plurimũ: Sunt em̃ quę neſcire ſit melius q̃ ſcire. Item nonnullis errare ꝓfuit aliqñ ſed in via pedum non in via morum. Solet quæri de Iacob, qui ſe dixit eſſe Eſau aliter animo ſentiens vtrũ mentitus ſit? De hoc Aug. ait Iacob qđ matre fecit auctore vt falleret patrem ſi diligẽter attendať videť non eſſe mendaciũ ſed myſterium. Intendebat em̃ matri obedire quæ per ſpiritum nouerat myſterium, & ideo propter familiare conſilium ſpiritus ſancti, quod mater acceperat a mendacio excuſatur Iacob.

De Iacob: ñ mentitus eſt Geñ. 27.

## DISTINCTIO XXXIX.

### De periurio.

NVnc de piurio videamus. Periuriũ eſt mendacium iuramento firmatũ. Hic quæriť, vtrum periurium vbi non eſt mendacium. Quod quibuſdam videť ex auctoritate Hieronymi dicentis: Aduertendũ eſt ꝙ iuſiurandũ tres habet comites, veritatẽ, iudicium, & iuſticiam, ſi iſta defuerint, non erit iuramentũ ſed piurium. Vbi aũt falſum iurať, veritas deeſt. Si ergo falſum iureť, & ſi non ſit ibi intentio fallendi: videť eſſe piurius, quia deeſt veritas. Quibuſdam placet non eſſe periuriũ vbi non eſt mendaciũ, & ſicut diciť aliqñ falſum ſine mendacio, ita iuratur falſum ſine periurio. Falſum forte dixit. Apl̃us cum ſe venturum ad Corinthios ꝓmiſit, nec tamen ſicut ei imponebať culpam mendacij cõtraxit, qa ſic animo ſencieb at: etiã ſi iuramento illud firmaſſet non periuriũ incurriſſet, qa quantum in ipſo fuit verum dixit, & ſi iurationẽ addidiſſet quantũ in ſe for-

De piurio. Hiero⁹ ſup Hieremiã. 22. q. 2. ca. aia duertendum.

j. Cor. vlt.

ret, verũ iuraſſet, etſi aliter euenerit ꝙ dixit. Ideo ſicut quis non eſt mendax niſi alter ſentiat animo ꝙ dicit: ſiue ita ſit ſiue non: ita videtur quibuſdam neminẽ periuriũ cõſtitui, niſi alter ſentiat animo ꝙ loquitꝰ: ſiue ita ſit ſiue non.

De triplici modo periurij.

De verbis apoſtoli ſermone. 28. 22. q. 2. c. homines.

Sed melius creditꝰ & ille peierare, qui falſum voluntate fallẽdi iurat: & qui falſum putãs quod verũ eſt iurat, & qui verũ putans quod falſum eſt iurat. Vñ Aug. Homines falſum iurant vel cum fallunt vel cum falluntꝰ, aut putat homo verũ eſſe quod falſum eſt & temere iurat: aut ſcit vel putat falſum eſſe, & tamẽ pro vero iurat, & nihilominus cum ſcelere iurat, diſtant autẽ illa duo periuria quę cõmemoraui. Fac illum iurare qui verum eſſe putat: pro quo iurat verũ putat eſſe & tamen falſum eſt, non ex animo iſte peierat ſed fallitꝰ, hoc pro vero habet quod falſum eſt, non ꝓ falſa reſciens iurationem interponit. Da alium qui ſcit falſum eſſe & iurat tanꝗ verum ſit quod ſcit falſum eſſe. Videtis ꝙ iſta deteſtanda ſit belua. Fac alium qui putat falſum eſſe & iurat tanꝗ verum ſit & forte verum eſt. Verbi gratia vt intelligatis: Pluit in illo loco. Interrogas hominem & dicit pluiſſe: & tunc pluit ibi, ſed putat non pluiſſe, periurus eſt. Intereſt quemadmodũ verbũ ꝓcedat ex animo: ream linguam non facit niſi rea mens ſit. His euidenter traditꝰ ꝙ tripliciter peierat homo vt ſupra diximus, dũ vel ſciens falſum iurat, vel putans falſum quod verũ eſt iurat: vel eſtimans verũ quod falſum eſt iurat. Sed hoc extremũ non videtꝰ eſſe periuriũ: etiam ſi periurium nominetꝰ eo ꝙ falſum iuratꝰ, non videtꝰ reus eſſe periurij qui ſic iurat, quia non eſt mens eius rea, & ideo nec lingua: immo eius mens rea eſt dum iurare ꝓ̃ſumit, quod ꝑſpicue verum non deprehendit. Non ergo omne periuriũ, mendacium eſt: nec omnis qui peierat mentitꝰ, ſed omnis mẽtiendo iurãs peierat, & omnis qui falſum iurat, ſiue mẽtiens ſiue non peierat.

Cum vero quis iurat quod verũ eſt, eſtimans eſſe falſum, quæri tur quid ſit ibi periuriũ? Ipſa em̃ ſignificatio vocis vera eſt, qa verũ neſcienſ loquit̃. Non ergo ipſa ſignificatio vel falſum vel mendaciũ eſt, quia vera eſt: & quod verũ eſt, periuriũ non videt̃ eſſe. Ad hoc dicimus loqui ſic .ſ. contra mentẽ ſub atteſtatiõe iuramẽti eſſe periuriũ. Mentiri ergo adhibita iuratiõe piuriũ eſt: Periuriũ ergo eſt vel iurando loqui falſum cum intentiõe fallendi, vel iurãdo loqui falſum ſine intentione fallendi: vel iurando loqui verum cum intentiõe fallendi. Hic opponit̃. Si omnis qui falſum iurat peierat: tunc qui alicui ꝓmittit dare ſub certo termino aliqd qđ tamẽ non faciet, ex quo iurauit peierauit: qa falſum iurauit. Non em̃ ita futurũ erat vt iurauit. Ad hoc dici põt, qa non omnis qui iurat ꝙ falſum eſt, ex quo iurat piurus eſt, ſicut iſte de quo agimus, ſed ex quo ꝓpoſitum mutat vel termiuũ tranſgreditur, iuratio talis fit periurium reatu.
*Queſtio.*
*Solutio.*
*Oppoſitio.*
*Determinatio.*

Si aũt quærit̃ vtrũ iurare ſit malum? dicimus aliqñ malũ eſſe, aliqñ non. Sponte em̃ & ſine neceſſitate iurare vel falſum iurare peccatũ grande eſt. ex neceſſitate autem iurare .ſ. vel ad aſſerendũ innocentiã, vel ad fœdera pacis confirmanda, vel ad pſuadendũ auditoribus qđ eſt eis vtile, malum non eſt, qa neceſſariũ eis eſt. Vñ Aug. Iuramentũ faciendũ eſt in neceſſarijs, cum pigri ſint homines credere qđ eis eſt vtile. Iuratio non eſt bona non tñ mala, cũ eſt neceſſaria .i. non eſt appetenda ſicut bona, nec tñ fugienda tanq̃ mala cũ eſt neceſſaria. Nõ eſt em̃ cõtra p̃ceptũ dei iuratio. Sed ita intelligit̃ dñs ꝓhibuiſſe a iuramento vt quantũ in ipſo eſt, quiſq̃ nõ iuret. Quod multi faciunt in ore hñtes iurationẽ tanq̃ magnũ atq̃ ſuaue aliqd. Aplũs em̃ nouit p̃ceptum dñi & tamẽ iurauit. Prohibemur em̃ iurare vel cupiditate vel delectatione iurandi. Qđ ergo Chrũs ait in euangelio: Ego dico vobis non iu-
*An iuratio ſit malum?*
*De ſermõe dñi in mõte.*
*Aug. ſuper epſam ad Gal.*
*Rom. 1.*
*Aug. in ſmõne dñi. in monte.*
*Math. 5.*

tare omnino, ita intelligit̃ p̃cipiſſe, ne quiſq; ſicut bonũ appetat iuramentũ, & aſſiduitate iurandi labat̃ in piurium. Quod vero addidit ſit ſermo veſter eſt eſt, nõ nõ: bonũ eſt & appetendũ. Qđ aũt amplius eſt, a malo eſt .i. ſi iurare cogeris ſcias de neceſſitate venire infirmitatis eorũ quibus aliq̃d ſuades, quę infirmitas vtiq; malũ eſt. Vñ nos quotidie liberari p̃camur dicentes: libera nos a malo. Ideoq; non dixit, qđ amplius eſt malũ eſt. Tu em̃ non facis malũ qui bene vteris iuratiõe, ſed a malo eſt illius qui aliter nõ credit .i. ab infirmitate, quæ aliq̃n pœna eſt: aliq̃n pœna & culpa Ibi ergo dñs ꝓhibuit malũ, ſuaſit bonũ, indulſit neceſſarium.

De iuramẽto qđ p creaturas fit. Deut. 6. Leuit. 13. Math. 5. Hiero⁹ ſup Matheum.

Quærit̃ etiã, vtrũ liceat iurare per creaturã? Quod non videt̃ cum in lege ſcriptũ ſit: Reddes autem dño iuramenta tua. Et Chrũs in euãgelio p̃cipiat non iurare oĩno, nec per cœlũ, nec per terram, nec per Hieroſolymã: nec per caput tuũ. Iudeis quaſi paruulis eſt conceſſum iurare per creatorẽ & p̃ceptũ, vt ſi iurare cõtingeret, non niſi per creatorẽ iurarent, non per creaturã, q̃a iurãtes per angelos & elemẽta creaturas venerabant̃ honore: & melius erat hoc exhiberi deo quã creaturis. Infirmis ergo illud ꝓhibuit, ſanctis vero qui in creaturis creatorẽ venerabant̃ tm̃, non ꝓhibuit: Vñ Ioſeph per ſalutem Pharaonis iurauit, dei iudiciũ in eo veneratus quo poſitus erat in infimis. Chrũs vero ita per creaturas iurare ꝓhibuit, ne vel aliquid diuinũ in eis crederetur, pro quo reuerentia eis deberet̃, vel ne per ea iurantes falſum homines ſe iuramento teneri non putarent.

Gen. 42.

Que iuratio magis teneat̃: an que ſit p deũ: an que ſit p euãgelium: vel p creaturas

Si aũtẽ quærit̃ quis magis teneat̃, an qui per deum, an qui p euangelium, vel per creaturas iurat? Dicimus qui per deum, quia per deum hæc ſancta facta ſunt. Vñ Chryſo. Si qua cauſa fuerit modicũ videt̃ facere qui iurat per deũ. Qui vero per euangelium maius aliquid feciſſe videt̃. Quibus dicendũ eſt, Stulti: ſcripturæ

ſanctæ ꝑpter deum factę ſunt, non deus propter ſcripturas, ita & creaturę factæ ſunt propter deum.

Hic quęrit̃ quid ſit dicere per deum iuro? Hoc eſt teſtẽ adhibere deum. Iurauit em̃ aplũs dicens: Teſtis eſt mihi deus, ac ſi dixiſſet per deum ita eſt. Vnde Aug. Ridiculum eſt putare hoc ſi dicas per deum iuras: ſi dicas teſtis eſt mihi deus non iuras. Quid eſt em̃ per deum, niſi teſtis eſt mihi deus, aut quid eſt teſtis eſt deus niſi per deum. Quid eſt autẽ iurare niſi ius deo reddere qñ per deum iuras. Ius .ſ. veritatis & non falſitatis. Item: Ecce dico charitati veſtrę, & qui per lapidem iurat falſum, periurus eſt, quia nõ lapidem qui non audit, ſed eius creatorẽ adhibet teſtem. Hoc eſt ergo iurare per quamlibet creaturã .ſ. creatorem eius teſtem adhibere. Eſt etiam quoddam genus iuramenti grauiſſimũ, quod fit ꝑ execrationẽ, vt cum homo dicit: ſi illud feci illud patiar, vel illud cõtingat filijs meis, ſecundũ quem modũ accipit̃ etiã interdũ, cum aliquis iurando dicit: per ſalutem meam vel per filios meos & huiuſmodi, obligat em̃ hoc deo. Vñ Aug. Cum quis ait per ſalutem meam, ſalutẽ ſuam deo obligat. Cum dicit per filios meos, oppignerat eos deo, vt hoc eueniat in caput eorũ quod exit de ore ipſius. Si verum verum, ſi falſum falſum. Et ſicut per hoc iurans aliquando hoc deo obligat, ita per deum iurans ipſum adhibet teſtem: In omni ergo iuratiõe aut deus teſtis adhibet̃, aut creatura deo obligat̃, & oppignerat̃, vt hoc ſit iurare .ſ. deum teſtem adhibere, vel deo aliquid oppignerare. Hoc eſt ergo iurare per quãlibet creaturã .ſ. creatorẽ eius teſtem adhibere.

Quid ſit dicere per deũ iuro.
Rom. j.
In ſermone de periurio: quo ſic incipit.
Quiſq̊s eſt praui & ꝑuerſi cordis.
Augu. ſuper pſ̃. 7.
In ſermone de ꝑiurio.

Poſt hæc ſequitur. Vtrum fide eius vtendum ſit, qui per demonia vel idola iurauerit? De hoc Augu. ſcribens ad publicolam ait: Te prius cõſiderare volo: vtrũ ſi quiſpiã per deos falſos iurauerit, & fidem non ſeruauerit, non tibi videt̃ bis peccaſſe: Bis vtiq;

De illis qui iurant ꝑ falſos deos.
Aug. 22. q. j. c. mouet.
Aug. ad publicolam.

peccauit: quia iurauit per quos nō debuit, & contra pollicitā fecit fidem quod non debuit. Ideo q; qui vtit̄ fide illius quē cōſtat iuraſſe per deos falſos, vtit̄ fide illius non ad malū ſed ad bonum, non peccato illius ſe ſociat, qui per demonia iurauit, ſed bono pacto eius quo fidem ſeruauit. Et ſine dubitatione minus malū eſt ꝑ deos falſos iurare veraciter: q̄ per deum verum fallaciter. Quanto em̄ ꝑ qd' iurat̄ magis ſanctū eſt, tāto magis eſt pœnale periuriū.

Nō iuramētū quo icaute iurat̄ nō eſt obſeruādū: nec votū: nec ꝓmiſſio iniuſte facta.

Nunc ſupereſt videre. Vtrum omne iuramentū implendū ſit Si em̄ quis alicui iurauerit cōtra fidē & charitatē quod obſeruatū peiorē vergat in exitum, potius eſt mutandū q̄ implendū. Vnde Amb. Eſt contra officium dei nonnunq; ꝓmiſſum ſoluere ſacrū vt Herodes fecit. Item Iſidorus, in malis ꝓmiſſis reſcinde fidem in turpi voto muta decretum. Quod incaute vouiſti ne facias, impia eſt ꝓmiſſio, quæ ſcelere adimplet̄. Idem. Non eſt obſeruandū ſacrū, quo malū incaute ꝓmittitur: vt ſi quis adulteręꝑpetuam fidem cum ea ꝑmanendi polliceatur. Tolerabilius em̄ eſt non implere ſacramentū q̄ permanere in ſtupro. Item Beda. Si quid nos incautius iurare cōtigerit, quod obſeruatum peiorē vergat in exitum: libere illud ſalubri conſilio mutandū nouerimus ac magis inſtante neceſſitate peierandū eſſe nobis, q̄ pro vitando periurio in aliud crimen grauius eſſe diuertendū. Deniq; iurauit Dauid per deum occidere Nabal virum ſtultum, ſed ad primam interceſſionem Ambigail fœminæ prudentis, remiſit minas: reuocauit enſem in vaginam: nec aliquid culpæ ſe tali periurio cōtraxiſſe doluit. Item Aug. Quod Dauid iuramentū per ſanguinis effuſionem non impleuit maior pietas fuit. Iurauit Dauid temere, ſed nō impleuit iurationē maiori pietate. Ex his aliiſq; pluribus oſtenditur quædam iuramenta non eſſe ſeruanda, & qui ſic iurat, uehement peccat, cum aūt mutat bene facit. Qui aūt non mutat dupliciter

Marci. 6.
Math. 13.

In li. ſñiarū: ibidē ca. Nō eſt obſeruandū.

In omelia. 43. ibidē. ca. ſi quid.

1. Reg. 25.

In ſermōe quodā. 22. q. 4. c. p Dauid.

peccat, & quia iuſte iurauit: & quia facit quod non debet.

Si aſt periu- rus qui non facit qd incaute iurauit.

Qui vero mutat. Vtrum periurus debeat dici: ſolet quæri: Beda ſupra tale iuramentũ vocauit periurium. Ioãnes etiam apocriſarius orientaliũ ſedium dixit. Sermo patris noſtri ſophronij ſignificat: ꝙ melius eſt iurantem peierare, quam ſeruare ſacramentũ in fractione ſanctarum imaginũ. Sed periuriũ dicit̃ tale iuramẽtum non obſeruatũ: & peierare dicit̃, qui non implet quod falſum iurat, non quia inde reus ſit ꝙ non obſeruat: ſed quia iurauit iniuſtum: ex quo reus eſt, ſicut ille qui peierat.

22. q. 4. ca. actione.

De eo qui verborũ calliditate iurat.

Iſidorus in li. 2. ſniarũ.

Hoc etiã ſciendum eſt ꝙ quacunq; arte verborum quis iuret, deus tamẽ qui cõſcientiæ teſtis eſt: ita hoc accepit, ſicut ille cui iurat̃ intelligit. Dupliciter aũt reus fit qui & nomẽ dei in vanũ aſſumit, & proximum dolo capit.

22. q. 2. ca. quecunq;.

De illo qui cogit aliquẽ iurare.

Quærit̃ etiam, ſi peccat qui hominem iurare cogit: De hoc Aug. ait. Qui exigit iurationem multũ intereſt, ſi neſcit illum iuraturũ falſum an ſcit. Si eñ neſcit & ideo dicit: iura mihi vt fides ei ſit, nõ eſt peccatũ, tamẽ humana tentatio eſt. Si vero ſcit eũ feciſſe, & cogit eum iurare, homicida eſt. Idem. Qui ꝓuocat hominem ad iurationẽ, & ſcit eum falſum iurare, vincit homicidam. quia homicida corpus occiſurus eſt ille animam, immo duas animas, & eius quem iurare ꝓuocauit, & ſuam.

In ſermone quodã de ꝑiurijs. & hr. 22. q. 4. cap. qui exigit.

In ſermone de decollatiõe ioãnis ibidem cap. ille qui hominem.

Sancta ſynodus decreuit, niſi pro pace facienda: vt omnes fideles ieiuni ad ſacramenta accedant.

Ex cõcilio aurelianenſi.

## DISTINCTIO. XL.

De diſtinctione duorum præceptorum, in quibus prohibetur duplex concupiſcentia in comparatione ad legis & euangelij differentiam.

De ſexto & ſeptimo precepto ſecũde tabule.

SExtum præceptum eſt. Non deſiderabis vxorẽ ꝓximi tui. Septimũ eſt. Non concupiſces domum proximi tui, non ſeruum, non ancillam. &c. Sed videtur ꝓceptũ de non concupiſcendis rebus ꝓximi, vnũ eſſe cum eo quo dicit, non furaberis: & ꝓceptũ de non concupiſcenda vxore vnũ eſſe cum eo quo dicit, non mœchaberis. Poterat em̃ præceptum non furandi in illa generalitate intelligi: vbi de non concupiſcẽda re ꝓximi ꝓcipit, & in eo quod dictũ eſt non mœchaberis, poterat illud intelligi: non concupiſces vxorem ꝓximi tui Sed in illis duobus præceptis non mœchandi & non furandi ipſa opera notata ſunt & ꝓhibita: in his vero extremis ipſa concupiſcẽtia, multum ergo differunt illa ab iſtis. Vñ illi ꝓcepto non mœchandi fit ſupadditio in euãgelio: vbi omnis concupiſcen tia mœchandi ꝓhibet.

Aug. ſuper Exodum.

Matthei. 5.

Quare lex comprimere dr̃ nõ aĩum ſed manum.

Sed cũ hic ꝓhibeat cõcupiſcentia alienę vxoris, & alienę rei: quare dicit lex cõprimere manũ & non animũ, euangelium vero & manum & animũ. Illud de lege dicit ſecundum cerimonialia non ſecundum moralia. Vel quia in lege non eſt generalis ꝓhibitio omnis mortifere concupiſcẽtiæ, vt in euangelio.

Quid ſit littera occidens.

2. Cor. 3.

Auguſtinus li. de baptiſmo paruulorum.

Si vero quærit quã dicat apoſtolus litteram occidentẽ. Ea certe eſt decalogus qui non dicitur littera occidens, eo ꝙ mala ſit lex ſed quia prohibens peccatum auget concupiſcentiã: & addit pręuaricationẽ, niſi liberet gratia, quæ gratia non ſic abundat in lege vt in euangelio, vel ſecundũ eorum carnalẽ intelligentiã. Lex ergo bona eſt, & tamẽ occidit ſine gratia cum ſit virtus peccati, quę iubet quod ſine gratia impleri non poteſt. Gratia autem deerat, & ideo littera occidens erat. Diſtat autẽ euangelij littera a legis littera: quia diuerſa ſunt ꝓmiſſa: ibi terrena, hic cœleſtia ꝓmittuntur. Diuerſa etiã ſacramẽta, qa illa tm̃ ſignificabant: hæc conferunt gratiam. Præcepta etiam diuerſa quantum ad cerimonialia-

De legis & euangelij diſtantia.

Nam quantum ad moralia ſunt eadem,ſed plenius in euangelio continentur. Audiſtis decem chordas pſalterij vtriq; ſexui impoſitas: que charitate tangendę ſunt vt vitiorum ferę occidantur.

FINIS.

Excuſſum Cracouiæ per Mathiam Scharffenberger. Impenſis vero,ꝓuidi viri Marci Scharffenberger bibliopolę ibidem Anno domini. M D XXX. Die VI. Decembris.

[illegible] aliquod amatum
[illegible]
[illegible]
[illegible] ob [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
ob aliud [illegible]
[illegible]
[illegible]

[illegible] 34 [illegible]
[illegible]
[illegible] 14 [illegible]
[illegible] 4 [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] 2 [illegible]
[illegible] 34 [illegible]
[illegible] 4 [illegible]
2 [illegible]
[illegible] 6 [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]



LO[illegible]ARDI.
[illegible] The-
ologi[illegible]
Lombardus
1530